3 115

GNOMON

Renati Guillonij Vindocinensis,

OPVS QVIDEM perneceſſarium ac perutile, volentibus ſerio ſtudio rimari arcana Poëtarum omnium Græcorum, quantum ad Quantitatem ſyllabarum & figuras, libertateſque poëmatis græci attinet,

Recens ab autore auctum & recognitum.

PARISIIS,

Apud Andream Wechelum, ſub Pegaſo, in vico Bellouaco, Anno ſalutis, 1556.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

PRIVILEGII SENTENTIA.

Cautum eſt authoritate Regia, ne quis alius præter Andream Wechelum hũc Renati Guillonij Gnomonem, ãte ſex annos, in hoc Francorum regno imprimat: néue alibi impreſſum vendat. Qui ſecus faxit, libris & multa in ſanctione æſtimata pœnas pendito. Lutetiæ Pariſiorum Idibus Septemb. 1555

AD GVLIELMVM CORTInum & Lodoicum Carbonarium Renati Guillonii diſcipulos Ioannis Heburni Scoti carmen.

Poſtera vos ætas fœlici ſydere natos
Cenſebit, pueris hæc monumenta legens.
Hæc monumenta legent pueri, iuueneſque ſenéſque,
Et dicet laudes carmine turba ſeni.
Turba ſeni veſtro Græcorum in carmine iura
Nunc accepta feret quæ latuêre diu.
Attica muſa ſuo, gaudet Demoſthene clara,
Et magnæ laudis præſtat Homerus opem.
Atque ſuo Græco gaudet Romana iuuentus,
Romano quamuis Græcia lapſa caret.

Ioannis Prouotij carmen de Gnomone Renati Guillonij, Ad lectorem.

Sacra repandit venis cuncta abſtruſa pelaſgis
Eloquij, hunc foueas lector amice ſinu.
Omne feret punctum nãque omnibus omnia fundit,
Iſti perſimilem fundere nemo poteſt.

Ioannis Prouotij carmen de Gnomone Renati Guillonij.

Auſonios contexere verſus
Qui optas, melliſluos heliconis
Hauſtus linque celer, tibi librum
Hunc eme. Frugis quicquid habetur
In priſcis ſcriptoribus vnus
Almus ager cum fænore reddit,
Longo tempore preſſus in arca
Optatas iam curre per auras:
Scis quid clara propago Philippi
Capto oculis conceſsit Homero,
Linque domum tibi gloria ſurgit
Et cedro & ſeruanda cupreſſo.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΗΣ ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ
ὑποθυμῆντα Φραγκίσκου τοῦ
Ῥωμαθέου ἐπίγραμμα.

Ὃς ποθέεις ταχινῶς κρήνην δ' Ἑλικῶνος ἀπελθεῖν,
ὕδασ' ἵνα γλυκεροῖς χείλεα σεῖο βρέχῃς.
Μάνθανε βιβλίου πολύκαρπον γνώμονα τοῦτον,
ἔνθα δαεὶς ὀρθὴν, ῥηϊδίην τε ὁδόν.

EIVSDEM.

Si te multiplices iuuant poëtæ
Græci, qui varios canunt lepóres:
Vel ſi carminibus velis eiſdem
Laudes eximias, & ampla facta
Cuiuſquam celebris viri, boníque
Decantare: quibus priore ſeclo
Heroüm cecinit poëta Homerus:
AErumnas Sophocles, grauéſque caſus:
Certandi varium genus, modúmque
Dulcis Pindarus: & quibus ſequuta
Hos eſt vſa cohors, vt arte quicquid
In mentem veniat tuam, reponas,
Hunc ediſce librum: viam docebit
Te per quam facilem, bonam, breuémque.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἔργα σου, κύδιστε λέγοντα Φοῖβε,
ὑμέων Μοῦσαι, χάριτές τε πᾶσαι
σώζεθ' ἡμῖν ἰλλόνιον βιοῦντα
ἄπλετον ἦμαρ.
Ἑλλάδος γλώττης ἀγαθὸς, γλυκύς τε
ἐστὶν ἑρμηνεύς· ὄφελος δίδωσι
πᾶσι δὲ θνητοῖς μέγα, πάντα τοῖσι
καλὰ μέμηλε.

CLARIS-

CLARISSIMO VIRO FRANCISCO A CARBONARIIS CIVI Pariſino, & qui Regis eſt à ſupputationibus ærariis, Renatus Guillonius. S. D.

CVNCTA *ſtudia recta & honeſta, quæ per otiũ ab optimis quibuſque concelebrata nitent, in caſu ſunt, & vaga, & volubili fortuna: quippe cuius natura eſt, vt varietati amica ipſa reſpuat conſtantiam.* De *cuius fortunæ inconſtãtia priuſquam plura dicere aggrediar, dicẽdum mihi videtur eſſe de natura bonarum literarum: quæ nec dubiè bella fugiunt, pacem expetunt, ruſticam oderunt vitam, vrbanitatem exoptant, tumultus quoſuis refugiunt, otia ſequuntur, horrent gladios, tranquillitatem amant.* Nec *mirum ſi bonæ literæ inſtabilis fortunæ procellis vndiſque ſubiectæ ſunt: ſi bellorum magnis contentionibus (quæ bella coniungunt reges potentiſſimi, renouant agitatæ nationes, ſuſcipiunt integræ gentes) omnia ſint miſera, nedum ſtudia bonarum literarum, cùm lege quadam naturæ decretum ſit, vt omnia quæcunque ſunt in hoc orbe noſtro, ea indies mutentur, & alia ex inſtabilis fortunæ momento pendentia, meliora fortaſſe, deteriora vero alia fiant,* Quid? An *non quatuor elementa ſurſum quoque ac deorſum ferũtur mutationi obnoxia? vt vero affirment quidam philoſophi mũdum ab aqua duxiſſe principium, cuius aquæ ſedimentum abierit in hanc quam incolimus maſſam terream: quod vero in eadem aqua fuerit tenuioris eſſentiæ, transierit in aërem: aëris porrò partem tenuiſſimam abierit in ignem:* Terra *nec dubiè, ſecundum aliorum opinionem tranſit in aquam, aqua in aërem, aër in ignem, ignis rurſum in alia vertitur,* E *contrario verò idem mutationis modus ſupernè fit deorſum.* Q*uæ verò ab illis quatuor elemẽtis naſcũtur non niſi permutatis vicibus naſci poſſunt: nimirum vt ex vnius corruptione alterius exiſtat generatio.* Talis *enim mundi natura fuit, eſt, & erit deinceps.* Eiuſcemodi *autem conuerſionis ac tranſmutationis rerum, non ſolùm homines fiunt participes, verumetiam alia in terris animantia, quinetiam ipſa, ſi dominationem ſpectes, aſtra, corporaque cæleſtia.* Nam *aſtrorum alia aliis ſubinde atque aliis dominantur, & in ipſis fit imperiorum viciſſitudo iuxta conuerſionem orbium cæleſtium, & iuxta eam motuum cæleſtium, quæ fit ac viget memoria ſeculorum omnium, mutationem.* At *relicto cælo, relictis elementis, ad ea, quæ nihil aliud quàm ſapiunt hominẽ, deſcendamus oportet.* Q*uanquam autẽ* Iapetum *ætate non poſſumus referre, vidimus tamẽ imperia, multarum quoque rerum publicarum adminiſtrationes tranſlatas modò ad hunc, modò ad illum virum principem.* Vidimus

 mutatos

mutatos hominũ mores, mutatos corporis cultus, & quid non vidimus mutatum? Quid dicam de ratione vitæ hominum noſtræ tempeſtatis, quã ſum contemplatus diuerſam prorſus à modo viuendi maiorum. Adeò ſunt omnia in motu perpetuo & continua mutatione, quæ viciſsitudinem in rebus omnibus ponit ob oculos contemplandam. Mutationem habuit & Academia noſtra hiſce diebus, imminuta fateor & aliquantulum acciſa, non tamen (id quod ab hoſte ſperabatur) proſciſſa, profligata, perdita & funditus euerſa. Quam nec dubiè calamitatem accepit apud nos res literaria, temporis iniuria, bellorum occaſione captata quidem illa, credo, religionis ergò, Nã γνωστικοὶ quidam noſtram vndique rempub. ita inuaſerũt, quaſi illam euerſuri ſcilicet. Qua verò flagrantes inuidia id moliri attentarint, vt nos nõ lateat, certè hoc loco conſultò prætereuntes ſilentio ſupprimemus, in aliud & tempus & ad id paratum opus reiicientes eius ærumnæ pertractationem; ſatis habentes in præſentia commemorare beati Hieronymi de Gallis elogium illud inſigne de perſuaſione vel potius fide Chriſtiana, quæ ab initio naſcentis eccleſiæ Chriſti ad ſua vſque tempora prædicat, ſolam Galliã caruiſſe monſtris. De Gallorum autem pietate ſingularique religione, poſsis legere plura tum apud alios innumeros artium ſcriptores, tum apud Baſilium illum verè Magnum, in epiſtolis quas ſcripſit non ſolũ ad Ambroſium Mediolani oppidi à Gallis conditi epiſcopum, ſed etiam ad Gallos epiſcopos occidentales. Sed quid non molitur ambitio quæ cùm nuſquam nõ ſit origo infinitorum malorum, eò impulit hoſtem vt vniuerſo Chriſtianiſmo perturbato, lilium fidei Chriſtianæ cardinem reuellere, Galliam Chriſtianiſmi arcẽ ſubuertere attentarit? Quo verò tẽpore πυροβόλους βασιλίσκους, ἑλεπόλεις, καὶ τὰς ἄλλας σιδηροβόλους μηχανὰς, ἐξ ὧν αἱ βρονταὶ ἐν τῷ πολέμῳ πολλάκις ἐκρήγνυνται, παρεσκεύαζε πολεμικώτατός τε καὶ χριστιανικώτατος βασιλεὺς ἡμῶν Φραγκίσκος ὁ Οὐαλέσιος, καὶ τἄλλα πρὸς τὸν πόλεμον ἀναγκαῖα ὥσπερ χρεῖ ταμίας ἐπόριζε τοῖς πᾶσιν αὐτοῦ ἱππάρχοις τε καὶ στρατιώταις, ἵνα τοὺς ἐχθροὺς ἡμετέρους ῥᾷον ἐκ τῶν ὅρων τῆς Γαλλίας ἐκκρούσῃ· φιλοπόνημα ἔγραψε νῦν τὸ εἰρηνικὸν παρέστησα. *hoc animo vt ego quoque in pace aliquando nõ ſolùm tibi & Lodoico à Carbonariis, nato quippe tuo, cuius ætas manifeſtũ iter ad ingenij lumẽ oſtẽdit: verumetiã auſpicatu veſtro poſſem prodeſſe vniuerſæ noſtræ reipublicæ literariæ, quam quia videbam hac in parte laborantem, adiuuare, vt ſemper, beneuolo animo ſum conatus: memor intereà iniuriæ temporis & præſentis calamitatis, bellici nimirùm tumultus, in quo ſe trimeſtri ſpacio perfecturum ſibi perſuaſerat hoſtis, quod Iulius Cæſar toto decennio non ſatis ex animi ſui ſentẽtia potuit præſtare. Per hunc autem tumultum bellicum ſtetit, quominus mihi liceret hoc meum opus* κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην *expolire, quò & luculentius & elimatius in lucem prodiret. Faxint autem Superi, vt & vos & omnes ad quoſcunque ſit peruenturum hoc opus, omnes inquã mihi beneuoli, quod beneuolè feci, æqui bonique conſulatis. Vale tu mi Franciſce,* καὶ ὄντως τῆς φιλίας τῆς τε τοῦ ζήλου ἀξιωτάτως. *E coryleto noſtro, Calendis Maij.*

FORMVLA

FORMVLA METIENDORVM VERSVVM HEROICORVM, ELE-
giacorum & iambicorum, quippe quibus frequentius vtuntur autores epigrammatarij.

Οὐδὶς ἀνθρώπων ἀδίκων τίσιν οὐκ ἀποτίσει. id eſt,
Pœna manet ſcelerum ſceleratum quemque ſuorum.
οὐδὶς | ἀνθρώ | πων ἀδί | κων τίσιν | οὐκ ἀπο | τίσει|

In hoc verſu metiendo memineris, omnem poſitionem longam eſſe: omnes porrò diphthongos naturâ productas eſſe: quemadmodum oſtendimus tum in principio operis, tum in canonibus licentiæ poëtarum. Sic facilè agnoſcas difficultatem duntaxat eſſe in tribus ancipitibus α, ι, υ, quarum quantitatem repetes ex ſuis Gnomonibus in hunc modum. In οὐδὶς, quia diphthongis conſiſtit, vtraque ſyllaba longa eſt. In dictione ἀνθρώπων prima poſitione producitur, duæ verò vltimæ naturâ longæ ſunt: at in ἀδίκων cùm α ſit vocula priuandi, naturâ breuis eſt, vt oſtendimus ad finem regulæ, in qua docuimus quantum ſit α in primis ſyllabis ante vocales, pagina 15. Sed δι in ἀδίκων breuis ſyllaba eſt, quod deſcendat à nomine δίκη cuius penultima natura breuis eſt. Vide in Gnomone quantum ſit τὸ ι, ante conſonantes in penultimis ſyllabis. κων verò natura longa eſt. Porrò in dictione τίσιν, τι penultima breuis eſt per tabulam Gnomonicam, in qua oſtenditur quantum ſit τὸ ι, ante σ, in penultimis, cùm ſit verbale deſcendens à τίω habente alioqui τὸ ι, indifferens. σιν verò breuis per Gnomonem deſinentium in ιν, in ſyllabis vltimis. οὐκ longum diphthongo ἀποτίσει. compoſitum ex ἀπὸ præpoſitione cuius penultima eſt naturâ breuis per Gnomonem τοῦ α ante π, in penultimis: πὸ verò natura breuis. At τι in ἀποτίσει producitur per regulam verborum deſinentium in ίω & ύω, quorum futuri penultima ſæpius longa eſt: tametſi deſcendunt à thematibus indifferentem penultimam habentibus. Vide regulam cuius titulus eſt (in ίω & ύω.) pagina 64. σει in ἀποτίσει, longa diphthongo. Poſſis autem totum Homerum, totum Theocritum, totum Heſiodum, totos adhæc alios poëtas hoc heroici carminis genere vſos, iuxta formulam hîc tibi præſcriptam exigere ad tabulas Gnomonicas.

Aliud epigramma de filia Grammatici quæ peperit gemellos marem & fœminam, quorum vterque paulò poſt interijt.

Γραμματικοῦ θυγάτηρ ἔτεκεν φιλότητι μιγεῖσα
παιδίον ἀρσενικὸν, θηλυκὸν, οὐδέτερον. id eſt,
Filia Grammatici peperit congreſſa marito
Maſculeum, neutrum fœmineúmque genus.

Græcos

Græcos autem verſus memineris ſic metiri.

γράμματι | κοῦ θυγά | τηρ ἐπί | κεν φιλό | τητι μι | γεῖσα |

παιδίον | ἄρσενι | κὸν θη | λυκόν, οὐ | δέτερον |

ALIVD EPIGRAMMA.

Αἱ χάριτες, τρεῖς εἰσι, σὺ δὴ μία ταῖς τρισὶ ταύταις

γεννήθεις ἵν' ἔχωσ' αἱ χάριτες χάριτα. id eſt,

Agnata es tribus vna alijs noua gratia priſcis

Vt per te in reliquis gratia grata foret.

VERSVS GRAECOS METIERIS in hunc modum.

Αἱ χάρι | τες τρεῖς | εἰσι σὺ | δὴ μία | ταῖς τρισὶ | ταύταις |

γεννη | θεῖς ἵν' ἔ | χωσ' αἱ | χάριτες | χάριτα |

PARADIGMA DE DIMENSIONE versus iambici.

Ζῆσον λογισμῷ, καὶ μενεῖς ἀνενδής. id eſt,

Ratione viue, non manebis indigus.

Græcum eſt monoſtichon iambicum trimetrum ſenarium acatalecticum, cuius dimenſio ſequitur.

Ζῆσον | λογι | σμῷ καὶ | μενεῖς | ἀνεν | δής |

ALIVD EIVSDEM GENERIS cum ſuperiore.

ταύρου βαθὺν τένοντα, καὶ σιδηρέους

Ἄτλαντος ὤμους, καὶ κόμαν ἡρακλέους

σεμνάν θ' ὑπήναν, καὶ λέοντος ὄμματα

Μιλησίου γίγαντος οὐδ' ὀλύμπιος

ζεὺς ἀτρόματος ἴδεν, ἄνδρας· ἡνίκα

πυγμὴν ὀνίκα νικοφῶν ὀλύμπια

Tauri profundum tendinem, tum ferreos
Atlantis humeros, atque cæſariem herculeam,
Barbam grauem trucéſque leoninos oculos
Mileſij gigantis, haud olympicus
Iuppiter aliàs interritus vidit, viros
Quum Nicophon vicit pugil in olympia.

ΓΝΩΜΩΝ

ΓΝΩΜΩΝ,

ID EST NORMA, QVA PERPENDITVR, CVIVSQVE SYLLABÆ

labæ quantitas in omnibus Græcis dictionibus, cui ſubnectuntur regulæ libertatis ac licentiæ Poëtarum omnium Græcorum, idque compendio quàm fieri potuit maximo,

Renato Guillonio Vindocinenſi Autore.

TEMPVS, Græcis χρόνος dicitur: eſtq́ue philoſophis διάστημα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως, interuallum motus mundi: Latinis verò, tempus eſt interuallum mundi & motus, diuiſum in partes aliquot ab Solis & Lunæ curſu, à quorum tenore temperato, tempus dictum eſt. Meliùs autem quadrare ad hanc noſtram inſtitutam rationem ea videtur, qua vtitur Cicero in Oratore, tráſlatitia quidem illa temporis deſcriptio, qua dicit, tempus eſſe interuallum, ſpacium in pede. Quam de tempore τὴν ἔννοιαν, id eſt intelligentiam ac notionem, nos cũ Cicerone quęrimus hoc libro imprimis. Siquidem nobis eſt in animo facere vt ſinguli intelligant, tempus eſſe interuallum & ſpacium non ſolùm in pede, ſed etiam in pedem conſtituentibus ſyllabis, quo vocales in ſyllabis ſyllabarúm ve coaleſcentia ſitæ, prout mora vel longa vel breui vel media proferuntur, aut longæ dicũtur, aut breues, aut mediæ atque indifferentes. Nec latet nos Ariſtotelem, cùm paſſim, tum capite decimo libri quarti Phyſicorum multo plura, quæ de tempore ac de temporis ratione dici ſolent, ſcripta poſteris reliquiſſe. At illa vt nullius, aut certè, quantum ad hoc noſtrum quidem inſtitutum attinet, exiguæ frugi, miſſa facientes, verboſa quoque promiſſione futuræ vtilitatis, ex hiſce noſtris ſcriptis, lectorem noluimus diutius retinere, antiquius habentes imitari priſcos illos artium ſcriptores, qui facere optima quàm promittere maluerunt. Proinde ſatis fuerit hoc loco polliceri, nos hoc libro eſſe rudi (vt aiunt) minerua oſtenſuros, quanta ſit in prima quaque ſe offerente ſyllaba, obuia quæque tum vocalis tum diphthongus, cùm ea ſola ſit recipiendæ quantitati opportuna, non item conſonans: id quod hunc in modum facturi ſumns deinceps.

DIVISIO VOCALIVM.

- Vocalium aliæ
  - Naturâ
    - Longæ { η, ω }
    - Breues { ε, ο }
  - Ancipites { α, ι, υ }

B DIVI-

DIVISIO DIPHTHONGORVM.

Diphthongorum quæ ſuapte natura omnes longæ ſunt, aliæ dicũtur
- Propriæ { αι αυ } { ει ευ } { οι ου }
- Impropriæ { ᾳ ῃ ῳ } { ηυ υι ωυ }

H A C T E N V S habes diuiſionem omnium vocalium, longarum, breuiũ, & ancipitum: diphthongorum quoque tum propriarum tum impropriarum, quæ omnes cur ita vocarentur, apertè ſatis docuimus in noſtris annotationibus in artem Grammaticam. Et quia multa ſatis dicta ſunt de vocalibus ac diphthongis omnibus, primas partes in ſyllabarum coaleſcentia obtinentibus (nimirum ſine quibus nulla queat conſiſtere ſyllaba) reliquum iam eſt, vt de ipſa quoque ſyllaba nihil non deinceps dicamus: quam nos facilioris doctrinæ gratia hunc etiam in modum diuidemus.

Syllabarum, alia
- Longa,
  - Naturâ, Vt ea in qua eſt vocalis longa naturâ, ſequente vel in eadẽ ſyllaba conſonante, aut ſaltẽ in principio ſyllabæ ſequentis (aliàs ſequente vocali fieret Cõmunis) vt ἥπατης, ἥρως, μάθων, ὑμῶς. Aut ea in qua eſt diphthongus, αἱροῦμαι, εὖνους. Aut in qua eſt anceps, ſed quæ naturâ producatur θυμὸς, τιμὴ, ψυχή.
  - Poſitione, Vt ea quæ ob conſonantem duplicem, ζ ξ ψ. νυστάζω, νυστάξω, τύψω, aut aliàs ob duas pluréſve conſonantes continuò ſequentes producitur: ἔστελλον, ἔμπλεως, ἅλς.
- Breuis, Vt quæ breuem habet vocalem, non in fine dictionis, ne fiat Communis ſequente alia vocali: ſed in principio & medio corpore dictionis, ita vt non ſint inter eam vocalem & vocalem ſequentis ſyllabæ cõſonantes plures vna ſimplici, ſed aut vna ſit conſonans ſimplex, non duplex, aut nulla prorſus ſit conſonans: vt, λέγω, λόγος, μένος, μόνος. Aut ancipitem, ſed nulla occaſione productam, vt, ἅμα, φίλος, θύμος.
- Cõmunis, quæ & media & ĩdiferẽs dicitur. Cuius vſus in eadem dictione indifferens eſt, nimirum vt alicubi longa ſit, alicubi breuis. Cuiuſmodi eſt, α, in καλός· & ι, in φίλος· υ, in ὕδωρ, φύω, de quibus explicatiùs in ſuo Gnomone.

A D H A E C, α, ι, υ, dicuntur vulgo Grammaticorum δίχρονα φωνήεντα, id eſt, bitemporeæ vocales. Dicuntur & ancipites, quòd ſint videlicet ancipitis quantitatis. Nam in quibuſdam ſyllabis naturâ longę ſunt, vt α in penultima primi aoriſti verbi quintæ coniugationis ἐμίανα· ι, vt ἔκρινα· υ, vt ἐμόλυνα. In alijs contrà ſyllabis breues, vt ἔφανον, ἔκρινον, ἐμόλυνον, quòd ſint ſecundi aoriſti penultimæ. In quibus ergo ſyllabis, α, ι, υ, longæ ſunt naturâ, non licet corri-

pere

pere (vt author eſt Herodianus) in quibus verò naturâ breues, nunquam licet extendere: ſed dũtaxat in indifferẽtibus ſyllabis licebit modò producere modò corripere. At de his omnibus agetur ſuo & loco & ordine. Non ergo ſunt audiendi quidam, qui cùm vix primoribus labris literarum Græcarum mellitam illam ſuauitatem deguſtarint, audent tamen venerandam contemnentes antiquitatem, prædicare, quiduis licere vulgo Græcorum in quantitate ſyllabarum. Quod quàm ſit falſum, explicatè docebunt regulæ ſequentes, quas Gnomonica ſpecie proponemus, ita vt in quolibet Gnomone appareat vel cæco, quanta ſit quæque ex ancipitibus ante ſingulas conſonantes. Ante vocales verò & diphthongos, quantæ ſint eædem ancipites, nos quoque, ſed alia methodo, ſumus oſtenſuri. Ancipites n. ſunt quæ ſolæ vel maximam in condendo carmine Græco difficultatem habent. Proinde dicendum eſt primùm omnium de quantitate illarum, vt illis omnibus excuſſis, faciliùs accedamus ad pertractationem quoque illorum, quæ volentibus ſcribere carmen Græcum, negotium faceſſere ſolent.

DE QVANTITATE IN PRIMIS *ſyllabis vocalium, α, ι, υ, quæ vulgo Ancipites dicuntur.*

PRIMAS quidem certè voco ſyllabas omnes in dictionibus polyſyllabicis, hoc eſt in vocibus excedentibus numerum duarum ſyllabarum, quas & antepenultimas vocare poſſis: quia tam in diſyllabicis quàm in polyſyllabicis dictionibus, quæcunque ſyllaba proximè antecedit vltimam, ea vocabitur penultima, & ſic quantum ad ſyllabas attinet, diuides dictiones polyſyllabicas in primam primáſve, ſi plures fuerint, quas & antepenultimas vocabis: deinde in ſyllabam penultimam: & poſtremò in vltimam. Verbi gratia, ἀκαδήμια polyſyllabicum nomen, primas antepenultimáſve tres habet ſyllabas, videlicet ἀκαδή, penultima verò eſt μι, & α vltima. At in diſyllabicis, diuiſio fiet duntaxat in penultimam & vltimam: vt in θεός, ſyllaba θε, penultima eſt, ος verò vltima Primum autem omnium agendum eſt de quantitate τοῦ α, vocalis ancipitis in primis ſyllabis. Sequemur autem hanc methodum, vt prima ſtatim ſpecie demonſtremus quanta ſit quæque vocalis anceps ante ſingulas conſonantes, quarum alias complectitur quilibet Gnomon, alias verò minimè. Abſoluto verò Gnomone vnoquolibet, quantę ſint eædem ancipites ante alias vel vocales vel diphthongos, deinceps oſtendemus.

DECLARATIO GNOMONIS, ET *cur hoc opus, Gnomon inſcribatur.*

GNOMONIS nomine hunc librum donauimus, hoc ducti argumento, quòd videremus architectos & fabros materiarios vti Gnomone, inſtrumẽto & Geometrico & architectonico, vtpote quo à Geometris & Geodetis, id eſt, terræ diuiſoribus & agri menſoribus, rectæ lineæ, rectíque anguli deprehenduntur, & lapides in ſtructuris ad rectas lineas rectóſque angulos exiguntur. Adæquantur & ligna & lapides ſtructoribus ipſis propoſiti, vt quæ ligna ſunt iuſto longiora reſecantes corripiant: breuiora verò, additamentis producant: excreſcentia porro & minùs æqualia, expolitione tandem & complanatione læuigantes corrigant, & ad rectum oculi nictum dirigant. Non aliter poëtæ quoque longiores quàm poſcat carminis natura, propoſito non multùm abſimili artificio, ſyllabas ratione, conſilio, & congruenti methodo corripiant: econtrariò verò correptiores quàm pro eius quam occupãt ſedis natura, producant, quo verſus, poëtę opus, recto Gnomone filóque compoſi-

tus,ſuis fluens numeris,ſuis proinde modulis frui poſsit.

At figura huiuſce Gnomonis eſt eiuſmodi, vt habeat duo (permitte mihi ſic) brachia,quorum alterum quidem à ſiniſtra tranſuerſis lineis ad dextram fertur:alterum verò à capite ſiniſtro iam deſcripti brachij deorſum vergit, lineis rectis ad perpendiculum cadentibus. Sed in commiſſura vtriuſque brachij eſt litera β,quæ ſignificat βραχὺ τὸ φωνῆεν πρὸ τοῦ συμφώνου,id eſt,breuem eſſe vocalem propoſitam ante conſonantem proximè ſequentem. Pronunciabis autem vel in morem vnicæ dictionis, vel ſi placet plurium, id quod eſt ſcriptum in complexu linearum Gnomonem depingentium,ſic βαβαγαδαθακκαλαμαν,&c. Quod idem eſt ac ſi dicas,breue eſt α ante β,ante γ, δ,θ, κ,λ. Et in ſumma breue eſt α ante omnes conſonantes, quas complectitur vocabulum artificioſum. Alterum autem brachium eodem procedit artificio quo & ſuperius. Sed præterquam quòd è regione cuiuſque vocalis cum ſua conſonante admittit aliquot exempla fidem facientia normæ generalis, habet & quæ à regula generali excipiantur, diſpoſitione facillima,quippe in qua inſit recti ordinis literarum conſeruatio. Hephæſtio colligit ordine alphabetico dictiones in quibus tres vocales ancipites, α,ι,υ ſunt naturâ longæ, idque in hunc modum:

Ἄκρατος,ἀνιαρὸς, ἀνίατος, ἄνισος, ἀπρόσιτος.

Βούλιμος, βόθυνος, βρυχὴ,βριμὼν,βρίθω.

Γλίφω, γλίχων, γρυπὸς,γρῖφος.

Δύσπραγος,δυσπέρατος.

Ἐπάρατος, ἰθύνω.

Θέα, θυμός.

Ἴσος,ἰσχυρὸς,ἴφθιμος.

Κενὸς, κηλὶς, κνιπὸς, κριὸς, κριθὴ,κίνδυνος, κῦμα, κῦρος.

Λῖπος,λιρὸς, λιμὸς,λῖτος,λύμη.

Μανὸς, μῦθος.

Νίκη.

Ξυναγὸς,ξένος.

Ὀϊζυρὸς, ὅμιλος.

Πρᾶος, πῖον, πιπράσω, πράγος, πυγὴ, πυρὰ, πυρός.

Ῥᾴθυμος, ῥᾴων, ῥινὸς, ῥιγῶ, ῥυσός.

Σιμὸς,σιλὼν, σίριφος.

Τιμὴ, τρανὸς, τῦφος.

Ὕλη.

Φανὸς,φθίνω, φιμῶ, φλυαρῶ.

Χαλινὸς,χρυσὸς,χυμὸς,χύλος.

Ψαρὸς,ψιλὸς,ψυχή.

In his omnibus,α,ι,υ,longæ apud poëtas recipiuntur.Et quęcunque fiunt ab illis,ſcribuntur per ότερος & ότατος,vt à ψιλὸς fit ψιλότερος,ψιλώτατος.

Satius autem fuerit videre omnia hæc, & his multò plura, in ſuis ſingula Gnomonibus. Quicquid autem dicat Hephæſtio,pro κενὸς & ξένος apud Homerum paſsim legitur,κεινὸς,id eſt,inanis,& ξεῖνος hoſpes.

A IN PRIMIS ANTE Conſonantes.

β — αβ αγ αδ αθ ακ αλ αμ αν απ αρ ας ατ αφ αχ

αβ ἀραβέω, ἀλάβαστρον, ἄβυδος. ἄβαλε τὸ α μακρὸν παρὰ τὸν κανόνα τῶν ἐχόντων τὸ α πρὸ τοῦ β. Euſt. p. 1353. verſ. 41. In Hom. Iliad. ω.

Εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει.

Euſt. verò ſic. φασὶ ὅτι τὸ α πρὸ τοῦ β συστέλλεσθαι θέλει, ἁβρὸς, ἄβδηρος, ἀβαρβαραία, ἐπιρράβδην· οὕτως οὖν φασὶ καὶ ῥάβδος. σεσημείωται τὸ ἄβαλε.

αγ	ἀγαθὸς, πάγυρος, λαγωός.	Producunt.	ναυαγέω, ναυάγιον, τιμαγήτης, ἰθαγενὴς, σφραγίζω, quippe quę α in η Ionicè vertere ſolent, vt ναυηγέω, σφρηγίζω.
αδ	ἀδινὸς, χερμάδιον, χάδειρα, & ſimilia.	Producunt.	ῥᾴδιος pro ῥαΐδιος, vt Grammatici volunt, & ſic α ante δ, ſubſtratum habet ι. Ita eiuſdem comparatiuus & ſuperlatiuus ῥᾴων, ῥᾷστος. producit α & ἀδηκώς, id eſt labore feſſus, quòd cõtractum eſſe videtur ex ἀηδηκώς.
αθ	καθαρὸς, ῥαθάμιγξ, & ſimilia.	Producunt.	ῥᾴθυμος pro ῥαΐθυμος, vt volunt. Proinde quidam ſcribunt ῥᾴθυμος ſubſtrato videlicet, ι. ad hæc χαθαλίς.
ακ	ἀκέω, ἀκέομαι, & id genus.	Producunt.	διάκονος quod putant contractum eſſe ex διαίκονος, λακέω, ἀκέστιος, μακεδονὸς, φαιακία, συρακόσιος· & in ἀκόσιος deſinẽtia numeralia, διακόσιος, τριακόσιος, τετρακόσιος, πεντακόσιος, ἑξακόσιος, ἑπτακόσιος. Adde α ἐκ τοῦ η τραπὲν, ὅτι δωριεῖς μὲν ὡς μακρὸν α τὸ η τρέπουσιν, οἷον δῆμος, δᾶμος. Ἴωνες δὲ εἰς βραχύ, οἷον λεληκῆα λελακῆα. p. 1714. verſ. 52. 55. Apud Euſtathium in codice Romano.
αλ	ἀλιτὴς, κεφαλῆνες, δαιδάλεος, μαλακός.	Producunt.	φαλαίνη & ἁλοσύνη apud Nicandrum. At μαλακὸς legitima prima longa apud Homerum: παίζουσαι χαίρουσι κατ' ἄνθεα μαλακὰ ποίης· id eſt, Herbarũ molli gaudẽt in flore puellę Ludẽtes. Μαλακὰ enim extendit primam licentiâ Poëtica: quia λ, liquida ſequitur, quæ paſſim apud Homerum fungitur officio literæ duplicis, vt & aliæ liquidæ.

Prætereà etiam quia duę breues ſequuntur, quæ Poëtam huc adduxerunt, vt primam produceret, cùm alioqui ſit breuis, vt apud Theocritum εἰδ. β. χερὸς ἐφαψαμένη μαλακῶν ἔκλιν' ἐπὶ λέκτρων, id eſt, Dextram contrectans in mollia ſtrata reclino.

αμ	ἄμιλλα, ἀμείβομαι.	Producunt.	δαμοίτας, ἐυδάμιππος, ἀπαμαία, ἄμητος æſtas, ἀμητὸς meſſis. Cæterùm ἀμάω indifferens ſeu ancipitis eſt quantitatis.
αν	θάνατος, ἄνεμος.	Producunt.	παιανίδης, νεανίας, κρανίον, κράνεον, κρανώνιος, μανικός, ἄνουβις, ἀνεῖν pro ἀνίεσθαι. Dein ex breuibus nonnulla ob liquidam, quæ eſt vice duplicis, vt ἀνεψιός.

απ	δαπανάω, ἀπάτη.	Producunt.	δραπέτης, δραπετίδης, ἀπειλητὸς, ἄπειρος, pro πείρος, ἀποινῖνος, νάπεια. Indifferens eſt, Α᾽πόλλων, ἀπάλαμνον.
αρ	χαράττω, κλάριος, ἄριστος, ἱππάριον. Nota in diminutiuis in αριον deſinentibus, α. eſſe breue vt δινάριον, ἱππάριον, φυλλάριον, πινάριον.	Producunt.	ἀράομαι, ἀρήτη, ἄρητος, ἀρητὴρ, ἀρήτειρα, ἀμαράκις, Α᾽ρήνη vrbs, μαρύομαι, κάραβος, καρίων fluuius. Vt autem ἄριστος, id eſt optimus per priorem regulam generalem α. corripit: ſic ἄριστον, id eſt prandium primâ quoque corripere videtur. Iliad. ω. Ε᾽σσυμένως ἐπονέοντο καὶ ὀπτύνοντο ἄριστον, id eſt, Certatim faciunt operas, & prandia curant. Ni legas ὀπτύνοντ᾽ ἄριστον, ſpondæo in quinta ſede locato. Etymologiarum author producit α. videlicet contractum ex ἀόριστον, cui aſtipulatur compoſitum ἀνάριστος extenſum apud Theocritum εἰδ. ιε. Α᾽ρα ὅμως κῆς οἶκον, ἀνάριστος Διοκλείδας, &c. id eſt. Sed nos hora domum reuocat, ſed enim Dioclides, Optimus haud quaquam meus eſt vir acutus & atrox. λάριστα, φλυαρῶ.
ασ	κασίγνητος, Α᾽σίη.	Producunt.	ἱπαράσημος, ἀσωπὸς, ἐυκρασία, ἴασιος, πασιφαὴς, πασιφάη, κοράσιον, ἀσιάδης, ἄσιος· vnde Iliad. β. Α᾽σίῳ ἐν λειμῶνι καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα, id eſt:

Aſio & in prato atque ad lata fluenta Cayſtri.

Notabis tamen nõnullos inflectere ἀσίας ἀσίη, vnde Genitiuus ionicus ἀσίεω, deinde per ſyncopen ἀσίω. Cęterum in ἐυκρασία Emanuel Moſcopulus putat α extendi, propterea quòd ſit à κεράω ῶ· econtrariò verò in ἀκρασία corripi α quod fiat à κρατέω τῶ.

ατ	ἀκράτιστον, κρατέω, ἀταρπός.	Producunt.	διδυματόκος apud Orpheum, βατήριον apud Phocylidem. Adde θάτερον contractum ex τὸ & ἕτερον. Sic ἅτερος ex ὁ & ἕτερος. Itidem à λᾶας, id eſt lapis, compoſita, vt λατομία, λατύπος.
αφ	σαφυλή, γλαφυρός.	Producit.	ἐπάφιος.
αχ	Α᾽χιλλεὺς, ἀχαιοί.	Producit.	τράχουρος piſcis nomen.

At ζ, ξ, ψ, cùm non ingrediantur Gnomonem, quantæ ſint, ante ipſas ancipites α, ι, υ, repetendum ex capite in quo agitur de quantitate certarum quarundam ſyllabarum, quæ vocalibus ancipitibus ſcribuntur.

A IN PRIMIS, ANTE VOCALES.

A in primis ſyllabis ante vocales & diphthongos corripitur, vt σκώπτεις ἀΐω, ἄωτος, ἀήτης, ἀάτη, ἀείδω. Producunt verò ἀάατος, in quo medium α. producitur, ἀίνω, ἀΐδιος, ἀέριος, ἀΐδαλης, ἄοζος, ἄηκες, ἀΐκή, ἀίασω, ἀχαϊκὸς, ἀκράαντος, βυγάιος, ἐλάϊνος, ἰάομαι, κεταίγδην, λαέρτης, λαοδάμας, cum reliquis omnibus à λαὸς compoſitis & deriuatis, λάϊνος· Adde βιάομαι, ταΰγετον, πετράορος. Cæterùm ἀείδω, habet α. in fronte ancipitis indifferentiſve quantitatis, tametſi breue ſæpius reperitur.

Notabis

Notabis in tranſitu, vt in collocandis accentibus, ita in rimanda quoque ſyllabarum quantitate, ordiendam eſſe ſupputationem earundem ſyllabarum ab extrema ſyllaba: deinde ordine peruerſo ad penultimam progredi neceſſe eſſe. Ea enim vocatur penultima, quæ vltimæ adhæret, eam nimirum anteuertens. Reliquas omnes ſyllabas penultimam antecedentes ſiue ſint primæ, ſiue inter primam & penultimam, vocabis generali nomine vel primas vel antepenultimas, vt antè dictum eſt. Sed in dictionibus quæ contractionem admittunt, ſyllabæ incontractæ in ſcrutanda quantitate ſupputari duntaxat debent, vt quia μυκῶ contractum eſt, in primis ſyllabis conſyderanda eſt quantitas τῦ υ. incontractum enim eſt μυκάω. In verbis verò deponentibus fingendum thema eſt actiuum, vt in rimanda quantitate τῦ υ, in verbo ῥύομαι, dic ῥύω in themate. Et ſic quantitas τῦ υ, conſyderabitur in penultimis. In thematibus porro verborum polyſyllabicorum, quæretur quantitas primarum penultimarum & vltimarum ſyllabarum. At in perſonis verborum vltimę ſyllabæ, atque adeò primarum augmento carentium quantitas expendetur. Hæc autem omnia demonſtrantur hîc ſuo & ordine & loco. Diximus paulò antè ἀΐδιος, ἀκάματος, ἀϊθαλὴς & ſimilia, extendere α in primis ſyllabis. Quia regulam volunt eſſe generalem, A in primis ſyllabis ſequentibus duabus breuibus extendi. Cùm alioqui in ἀεὶ aduerbio (quod dicitur eſſe prima pars compoſitionis nominum) eiuſmodi α corripiatur, ſiue ἀεὶ integrum ſeorſum ponatur in contextu, ſiue compoſitum cum alia dictione. A priuans particula in primis ſyllabis breuis eſt, ni per regulam proximè antecedentem vrgente carminis neceſſitate producatur: vt in ἀθάνατος. Extendit enim primam occaſione breuium duarum continenter ſequentium in primo epigrammate primi libri Ἀνθολογίας, id eſt Florilegij epigrāmatum Græcorum, in quo Archias verba facit de certaminibus ſacris, quorum duo mortalibus, duo verò immortalibus celebrabantur ab antiquis:

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί·
    Οἱ δύο μὲν, θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων,
Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο·
    Ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. id eſt,
Quattuor Argiuis certamina ſacra feruntur,
    Bina hominum natis bináque cœlitibus.
Phœbo, altóque Ioui, Archemoro puero & Melicertæ
    Poma, oleaſtrum, apium, præmia, pinus erant.

Euſt. in lib. Ἄλφα Iliad. v. 142. ὅτι τὸ ἀκάματος καὶ ἀθάνατος, ἀεὶ παρὰ τῷ ποιητῇ ἐκτείνει τὴν ἄρχουσαν, ἤγουν τὸ ἐν ἀρχῇ στερητικὸν ἐπίρρημα, ὡς ἂν γινόμενα εἰς δάκτυλον, τὸ ἔμμετρον συνεργάζονται.

A IN PENVLTIMIS ANTE *conſonantes omnes.*

αβ αγ αδ αθ ακ αλ αμ αν απ αρ ας ατ αφ αχ

αβ Ἐκάβη.

αγ ἄγω, πράγος. Produ-cunt. { παγὸς, ἀστράγης, δαγὺς, ἄγις, σφραγὶς, δύσπραγος, ξεναγὸς, πρᾶγος. πρᾶγμα quòd à πράσσω ſiue πράττω, fit, μ. πράξω, quæ α longum naturâ habent, id quod probat circunflexus in πρᾶγμα, πρᾶξις, & in πρᾶσις ac πέπρᾶχθαι à πράττω, μ. πράσω.

αδ κλάδος βραδύς. Produ-cunt. { ὀπαδὸς, σπάδιξ, λάδων, λάδες, ἆδος, ὀϊλάδης Patronymica in άδης & ίδης penultimam ferè breuem habent: cuiuſmodi ſunt Μοσσιτιάδης, Νεστορίδης. Quòd ſi ι fuerit talium antepenultima, Poëtæ, ι, breue inſerere ſolent, ſic Νηληϊάδης, πηληϊάδης: ὀϊλάδης tamen producitur in illo verſu Homerico, Αἴας δὲ κλεόβουλον ὀϊλάδης ἐπορούσας, id eſt:

Filius in Cleobulum Aiax qui fertur Oilei.

αθ πάθος, βαθύς. Produ-cunt. { κρᾶθος, ἆθλον quod per contractionem fit ab ἄεθλον.

ακ κακὸς, πολλάκις. Produ-cunt. { ἄκος, Ἄκις fluuius, & ἄκων, id eſt inuitus quod fit per contractionem ex ἀέκων. θρᾴκη habet, ι, ſubſtratum, ac proinde diphthongo longũ eſt.

αλ ἀπαλός, μάλα. Produ-cunt. { ἀλὸς, χαροδινάπαλος, σύμφαλος, ἀμάλη, ἆλσος contractum vt volunt ex ἀολὶς. Adhæc ὀμφάλη quòd α in eo inter duas longas ſitum ſit, atque ideo producatur, vt in Heroico verſu locum habere poſsit, repugnantibus alioqui vocibus primigeniis. Porro τρικέφαλος extendit α contra naturam primitiui. Sic πεντηκοντοκέφαλος, & id genus permulta alia, in quibus α fit longum maxima quidem libertate, ob duas vtpote præcedẽtes breues, quibus cum in hoc genere carminis, tertia cohærere non poteſt: ſiquidem ὀμφαλὸς & κεφαλὴ penultimas corripiunt. Hac autem ratione ſyllabæ multæ alioqui breues, producuntur.

αμ θάλαμος, πλοκαμίς. Produ-cunt. { ἀμὸς, id eſt noſter, pro ἡμέτερος, δάμων, δᾶμος, φρασίδαμος. Et neutra verbalia deſinentia in αμα, vt νᾶμα, θυμίαμα, per regulam generalem quæ eſt eiuſmodi: Neutra verbalia in μα purum deſinentia, longam ferè penultimam habent, vt χρῖμα, θῦμα, νᾶμα, βῆμα. Excipe quæ à verbis in μι deducuntur, vt θέμα, δόμα· & quæ non habent μ purum, vt δόγμα, βρέγμα. Notanda inſuper regula de ancipiti in penultima, quæ quidem anceps, quum liquidam præcedit & ſequitur σ in clauſula, corripitur, vt πλοκαμὶς, & ſimilia.

αν οὐρανὸς, χανὼν, ἀνδάνω. Produ-cunt. { Ἰκάνω, κιχάνω, φθάνω, Νικάνωρ, νᾶνις, Ἴανος, ἱρανός, Βιάνωρ, ἀγαθάνωρ, ἀγάνωρ, ἀγάναξ. Et deſinentia in ανὸς diſyllaba acutitona, τρανὸς, μανὸς, φανὸς, δανός. Et Gentilia in ανός, Βρεττανός, Καρμανός. Et in ανίς, Βρεττανίς, Καρμανίς. Adde finita in ανος ſupra tres ſyllabas Ἡρωδιανός, Ἰταλιανός: excipe ὠκεανός, indifferens eſt ἱκανός. Euſtathius Iliad. α. ſic habet: ὁ δὲ ὠκεανὸς, σεσημείωται συστέλλων τὸ α. τὰ γὰρ διὰ τοῦ ανος ὀξύτονα ὑπὲρ τρεῖς ſυλλαβὰς, ἐκτείνει τὸ α, χωρὶς τῶν παρὰ τοῖς ὕστερον, οἳ τὴν παραλήγουσαν τοῦ Ἰταλιανὸς

νὸς συστέλλουσιν. ὁ ἱκανὸς τρίπλος συστέλλων τὸ α οὐκ ἀντίκειται. τρισύλλαβος γάρ ἐστιν. Et Iliad. ξ. de nomine ἰδανός. i. εὐώδης, ab ἥδω. τὰ δὲ τοιαῦτα ῥηματικὰ, βραχεῖαν φασιν, ἔχει τὴν ἄρχουσαν, πιθανὸς, ἱκανὸς, στεγανός. Etymologicus author verò in dictione ἡρωδιανὸς ſic habet: ἡρωδιανὸς, ἀπὸ τοῦ ἡρώδης γίνεται ἡρώδιος καὶ ἡρωδιανὸς, ὡς ἀπὸ τοῦ εὐτυχὴς, εὐτύχιος, εὐτυχιανὸς, τὸ α μακρόν. διὰ τί; ὅτι τὰ διὰ τοῦ ανος ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς, ἐκτεταμένον ἔχει τὸ α. μαρκιανὸς, σεβαστιανὸς, ἰουλιανός. τὸ ἱκανὸς, οὐκ ἔστιν ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς, χωρὶς εἰ μὴ κατὰ ποιητικὴν ἄδειαν συστελλῇ. ἐπειδὴ παρὰ τοῖς νεοποιηταῖς, τὸ ἰουλιανὸς συστέλλει τὸ α, χωρὶς τοῦ ὠκεανὸς, ὅτι συνεσταλμένον ἔχει τὸ α. Et verbum ἄνω pro ἀνύω. id eſt conſequor, expedio. (Nota regulam verborum polyſyllaborum in ανω deſinentium, quia habent α breue) Euſt. tamen Iliad. φ. vbi Homerus ſic habet φθάνῃ δέ τε καὶ τὸν ἄγοντα, ſic ſcriptum reliquit. τὸ φθάνῃ, ἐκτεταμένον ἔχει τὸ α διὰ τὸ μέτρον, ὡς καὶ τὸ ἱκάνῃ. Et ὀδυσσ. β. Homerus: μάλιστα δέ μ' ἄλγος ἱκάνει. Vbi Euſt. ſic habet: ἰστέον δὲ ὅτι τὸ τοῦ ἄνω χρῆσις καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς, ἐν τῷ ἦνον ὁδὸν, ἤνουν ἤνυον, καὶ ὅτι καθ' ἡρακλείδην, ἄμεινον λέγειν ἀνύω ἤπερ ἄνω, ἵνα μὴ παραλόγως μηκύνηται τὸ ἄλφα. οὐδέ ποτε γάρ φησι, μηκύνεται προηγουμένου τοῦ νῦ ἐπὶ τῶν εἰς νῶ. σκοπητέον δὲ εἴπερ ἠκρίβωται οὗτος ὁ λόγος ἐπὶ πάντων, καὶ ἐνθυμητέον τὸ ἱκάνω, ἐκτεῖνον ἐν πολλοῖς τὴν παραλήγουσαν. Et ὀδυσσ. ν. ὦ φίλ' ἐπεί σε πρῶτα κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ. Vbi Euſt. ſic habet: ὅρα δὲ ὅτι τὸ κιχάνω καὶ τὸ ἱκάνω δι' ὧν τὸ ἱκετεύειν δηλοῦται, ἐκτείνουσι κἀνταῦθα τὸ ἐν τῇ παραληγούσῃ δίχρονον. τοῦτο δὲ καὶ νῦν παρασημειούμεθα, διὰ τὴν ἀμφιβολίαν τῆς προπαραληγούσης τοῦ ἱκανότητος. Cæterùm ἰουλιανὸς, vt dictum eſt, penultimam producit, vt in illo epigrammate iambico trimetro ſenario acatalectico, ἰουλιανὸς οὗτος ἅρμα ῥουσίν id eſt: Iulianus ille currus Ruſiæ: in quo certè λια eſt iambus. Neceſſitate tamen nonnunquam corripiuntur in Heroico verſu, vt in epigrammate altero, τοῦτον ἰουλιανὸν τυρίης βλάστημα τιθήνης, id eſt: Huncce Iulianum Tyriæ nutricis alumnum. Et in alio epigrammate, τετίασι χρύσωι, &c. vbi τέτια dactylus eſt. Nota ἀνὴρ producere α Iliad. ε.

πάνδαρε, ποῦ τοι τόξον, ἰδὲ πτερόεντες ὀϊστοί,
καὶ κλέος ᾧ οὔτις τοι ἐρίζεται ἐνθάδ' ἀνήρ. Id eſt,
Pandare dic vbi ſunt arcus volucréſque ſagittæ,
Gloria de qua non tecum contenderit vllus. Et Iliad. ε.
αἰνῶς ἄχθομαι ἕλκος, ὅ μοι βροτὸς οὔτασεν ἀνήρ. id eſt,
Indignor nimium quod vir mihi fecerit hulcus.

Paſſim contrà corripit vt in illo,
οὐδέ κ' ἀνὴρ μενέχαρμος, &c.

απ	τάπης, ἅπας, ἀλλοδαπός.	Producunt.	ἆπις, ἄναπος, fluuius, νᾶπυ, ἰάπυξ, σάραπις, πρίαπος. Notabis ἅπας & ἅπαν cum ſuis compoſitis ſecundum Atticos producere priores.
αρ	κλάρος vrbs, σιβαρὸς, καθαρὸς, χάρις.	Producunt.	ἆρα, nunquid, ita vt interrogatiua choreum ſiue trochæum conſtituat: illatiua verò aliquando trochæum ſed ſæpius pyrrichium, βᾶμα, εὐμάρας, αἴσαρος fluuius, εὐμαρὴς, καρὶς piſcis, κατάρα,

τιάρα, νάρων fluuius, φαρὶς πέραρος Diſyllaba nomina maſculina in αρος deſinentia vt ὁ ταρὸς, λαρὸς, ψαρός: Adhæc polyſyllaba acutitona in αρος, quæ antepenultimam longam habent, μυσαρός. Er in vniuerſum polyſyllaba omnia nomina in ρὸς acutum deſinentia, penultimam ancipitem extendunt, ſi antepenultimam quoque habuerint longam, vt ἰσχυρὸς, ἀνιαρὸς, μυσαρός. Indifferentia ſunt ἄρος, ἀρή. Sed producit φᾶρος pro veſte: quia regulam eſſe volunt generaliſſimam, Neutra diſyllaba in ος deſinentia, breue α in penultima habere, vt φάος χάος. excipe(inquiunt) φᾶρος.

ασ	δασὺς, ϑάσσος.	Producunt.	Α᾽ϊασον, ϑᾶσσον, ἄσις, ἴασος, ἰάσων, κρᾶσις, μάσις vrbs: πτάσσω, πτᾶσις, πράσσω, φᾶσις. Dixi ϑᾶσσον longam etiam naturâ penultimam habere, quia comparatiua neutra in ον, ancipitem habent breuem in penultima, idque perpetuò, præter ϑᾶσσον vel Atticè ϑᾶττον.
ατ	ϑάνατος, δέκατος.	Producunt.	Lapidum nomina & gentilia in ατις, vt ἀχάτης, γαγάτης, νιφάτης, σπαρτιάτης. Et fœminina gẽtilia in ατις, σπαρτιᾶτις, μαλεᾶτις, πισιᾶτις. Adde ἆτος, ἆτη quæ contrahuntur ex ἄατος, ἀάτη· Α᾽ρατος, ἀθέατος, ἀόρατος, ἀπρoσόρατος, ἄκρατος, ἀνίατος, δυσπέρατος, ἱμέρατος, κράτηρ, φράτωρ, δμάτωρ apud Orpheum, εὐφράτης fluuius, θεατὸς, θεατρὸν, ϑᾶττον, ἰατρὸς, καίρατος fluuius, πτάττω, ὁρατὸς, φράτηρ. Notabis polyſyllaba nomina grauitona in ατος vel ατον deſinentia penultimam corripere, vt φίλτατος, ἀγράμματος, ϑάνατος, δέκατος, πῆματον, ἔσχατον.
αφ	σκάφα, γράφω.		
αχ	τάχα, ῥάχα.	Producunt.	τραχὺς cum ſuis compoſitis. Anceps ſeu indifferens eſt ἰαχή.

A IN PENVLTIMIS ANTE *vocales & diphthongos.*

A in penultimis ante vocalem diphthongúmque corripitur, vt ἀεὶ, ἐλάω, κεραὸς, ἀγλαὸς, ναυσικάα, ἱμάω. Producunt α in penultimis ante vocalem ἀχραῒς, ἀθραῒς, ἀεκάω, vide Euſt. ἄων, ἀμφιάραος, δαήρ, id eſt leuir, ἐάων, bonorum, ϑαῒς, λαῒς, πτολεμαῒς, λάας, κράας, λάϊγξ, ναῒς. Et apud Orpheum παμφαὴς, πτὰης, πτᾶος, ῥᾴων, ι, videlicet ſubiacente, vt fit diphthongus impropria, quæ aliquando Ionicè diſſoluitur, χάων, χαὸν, adhęc ἑλικάων, λυκάων, ἱκετάων, μαχάων, ἀλκμάων, ἀρτάων, ὀπάων, συνοπάων, πτερυγάων, τυφάων, ἀμυθάων, διδυμάων: & id genus alia in αων deſinentia, quippe quæ in obliquis caſibus mutant ω in ο, vt χάονος, λυκάονος. &c. Et nomina ſubſtantiua diſyllaba oxytona in αὸς deſinentia, vt ναὸς, λαὸς, πταὸς. Dixi ſubſtantiua: quia in αος adiectiua corripiunt penultimam vt κεραὸς, quod quidem propter deriuationem acuitur. Alij ſic colligunt: In ος purum deſinentia oxytona, ſi α aut quamuis aliam ancipitem habeant in penultima, eam producunt, vt ναὸς, κριὸς, ἰὸς. Excipe βιὸς. At diſyllaba neutra in ος, α breue habent in penultima, vt χάος, φάος. Excipe φᾶρος, de quo ſuo loco. Producit quoque penultimam ἰάων· quia nomina in ων habentia in penultima vocalem ancipitem, eam ferè producũt, ſi in obliquis ω in ο vertant. Quòd ſi ω paſsim retineant (quod videbis poſteà in capite de incremẽtis in obliquis nominum) ancipitem penultimam corripiunt. Cæterùm ποσειδάων producit α in penultima, tametſi in obliquis ω retinet. Homerus in hymnis:

> Α᾽μφὶ ποσειδάωνα θεὸν μέγαν, ἄρχομ᾽ ἀείδειν. id eſt,
> Principium muſæ à Neptuno eſt numine magno. Et Odyſſ. α.
> Α᾽λλὰ ποσειδάων γαιήοχος ἀσκελὲς αἰέν.

Vbi Euſt. ἰστέον ὡς ποσειδάων, ἐκτείνει ἀεὶ τὴν παραλήγουσαν αἰολικῶς, ὡς καὶ αἱ γενικαὶ, τὸ πυλάων, μουσάων, νυμφάων καὶ αἱ λοιπαί. Et Iliad. β.

> Ο῞ι δ᾽ ἐπανέστησαν, πείθοντό τε ποιμένι λαῶν
> σκηπτοῦχοι βασιλῆες· ἐπεσσεύοντο δὲ λαοί,
> Η᾽ΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων,

πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων. Vbi Euſtath. ſic habet: τὸ δὲ μελισσάων καὶ τὸ ἀδινάων, καὶ τὸ ἐρχομενάων, καὶ τὸ κλισιάων, σχῆμα μὲν ποιοῦσι καλὸν ἐπὶ κόσμῳ τῆς παραβολῆς, τὸ λεγόμενον ὁμοιοκατάληκτον καὶ πάρισον. εἰσὶ δὲ αἰολικαί· πλεονασμὸν

νασμὸν ἔχοντα τοῦ α μακροῦ, ὄγκον δὲ ποιοῦσι φωνῆς περιττώσεως, μεγαλοφωνίᾳ ποιητικῇ, διὰ τὴν χασμῳδίαν τὴν ἐκ τοῦ α καὶ ω. Porrò α producunt in penultimis ante vocales ab ἄω id eſt ſpiro, compoſita, cuiuſmodi eſt ζάης, ἀλιαὴς, ὑγρααής· & πολυάϊξ ab ἀΐσσω. Producunt α verba in άω deſinentia, quæ in antepenultima vel vocalem vel ρ habent, vt ἰάω, πειράω (excipe ἀμφιάω, ὑψιάω ratione ambientium.) Quòd ſi conſonans proximè anteuertat α, ipſum α corripitur, vt ἐλάω. Id antem teſtatur Thomas Magiſter, his verbis. τὸ γελάσω, καὶ ὅσα δευτέρας συζυγίας τῶν περισπωμένων ὄντα, πρὸ τοῦ α σύμφωνον ἔχοντα πλὴν τοῦ ρ, βραχὺ τὸ α ἔχουσιν· ὅσα δὲ πρὸ τοῦ α φωνῆεν, ἢ ρ, μακρὸν ἔχει τὸ α· δῖον, ἐῶ, ἐάσω, ἐᾶσαι, πειρῶ, πειράσω, πειρᾶσαι. At πειράω propter ambientes longas, legitur longa penultima. Itidem κάω & κλάω producunt vtpote α, quòd fiant à καίω & κλαίω. Volunt enim α è diphthongo relictum produci, ſi quid non impediat. Quid autem poſsit impedire, dicetur poſteà. Ancipitis quantitatis, id eſt, indifferentis eſt ἀὴρ, ἄορ· quod poſterius reperitur Iliad. κ & λ. in compoſitione tamen ſemper extendi autumo, ἀὴρ tamen indifferens, Euſt. Iliad. ε.

DE QVANTITATE ΤΟΥ̃ A VO-
calis ancipitis in vltimis ſyllabis.

α	ᾱ	ᾰ

α Τοῦτ' ἐστι βραχὺ τὸ α ἐν τῇ καταλήξει, id eſt, breue α in clauſula, vt σῶμα, μαῖα, τράπεζα, μοῖρα, ξύλα, ἱππότα, βαρεῖα, δῶσα, τύψασα, ἄκοντα, τέτυφα, ἔτυψα, σῖγα id eſt tacitè, ἵνα: in quibus fermè omnibus & in conſimilibus, accentus apertè ſatis docet quanta ſit vltima. Siquidem omnis dictio proparoxytona, vt τράπεζα· & penamflexa, vt μαῖα, vltimam corripit: α proinde in fine talium breue per regulã generalem. Adhæc nomina diſyllaba in α purum deſinentia, ſed αι habentia in penultima, in nominatiuo & vocatiuo corripiunt α, vt ἡ & ὦ μαῖα.

In ρα præcedente diphthongo corripiunt α, vt μοῖρα. excipe quatuor è regione poſita videlicet σαύρα, &c. quia producunt α.

Adiectiua in α, quorum vltima genitiui maſculei breuis eſt, corripiunt α, vt ἡ βαρεῖα breui α, quoniam τοῦ βαρέος, vt doceo in Enchiridio accentuum.

Producunt α in clauſula.

Quæ vel acuunt vel flectũt α, vt πονηρὰ, χαρὰ, ἀνθηρὰ, ναυσικᾶ, ἀθηνᾶ: at in παιδιὰ corripitur Atticè α.

In ία penacuta, φιλοσοφία, φιλία. Adde alia quoque monophthongum, id eſt ſimplicem vocalem habentia ante α, vt θέα.

In εία à verbis in εύω deriuata δουλεύω, δουλεία, πρεσβεύω, πρεσβεία, βασιλεύω, βασιλεία, & ſimilia.

Adiectiua fœminea, quorum genitiui maſculei vltima longa erat, δικαία producto α, quia τοῦ δικαίου. Excipe corripientia, nempe à δῖος δίου, ἡ δῖα, per contractionem à δίϊος δίϊα· & à πίειρος, πιείρου, ἡ πίειρα, à σεβάσμιος ἡ σεβάσμια, ὁ πότνιος, ἡ πότνια.

In δα, θα, deſinentia ſubſtãtiua, vt λῆδα, κνισαίθα, σμαίθα.

In ρα μονοφθόγγῳ, id eſt, ſimplici vocali & non diphthongo præcedente, vt πήρα. Sic Etym. in dictione ὥρα. τὰ εἰς ρα λήγοντα θηλυκὰ δισύλλαβα, εἰ μὲν διφθόγγῳ παραλήγονται, συστέλλει τὸ ἄλφα: πεῖρα, σεῖρα, σφαῖρα. εἰ δὲ ἑνὶ φωνήεντι, ἐκτείνει ἀντίχωρα, ψώρα, πήρα, χήρα, ὥρα. quibus addes σαύρα, ἄυρα, λαύρα, φαίδρα, quanquam in illis penultima diphthõgus eſt. Paſſim enim vertũt α, in η Ionicè, φαίδρη, ἄυρη, &c. Ad-

ἴαπέτα breui α, paulò antè propoſui: quia vocatiui primæ declinationis in ης, corripiunt α, qui adhuc quoque à poëtis tam Græcis quàm Latinis, ſeruata eadem quantitate pro rectis vſurpantur, necnon à Latinis oratoribus, vt ὁ προφήτης ὦ προφῆτα, ὁ γεωμέτρης ὦ γεωμέτρα, vnde & Latini, hic propheta, prophetæ: geometra, geometræ declinant.

ξύλα (vt dixi) corripit α, ſiquidem corripit α. omnis nominatiuus, accuſatiuus, & vocatiuus pluralis deſinens in α non cõtractum, vt τὰ, ὦ σώματα, ξύλα. Adde ancipites α, ι, υ, in fine neutrorum etiam ſingularium corripi, vt τὸ σῶμα, πῶϋ, σίναπι.

Dixi, τύψασα corripere vltimam. Quia participium quóduis fœmineum in α finitum, ipſum α corripit.

τέτυφα & ἔτυψα itidem α breue habent, quia omnia præterita & indefinita in α deſinentia, ipſum α corripiunt, id quod accentus quoque indicat.

ια vt φιλία producunt, vt iam dictum eſt, α in fine, ſed penultimam corripiunt. Excipe μία & ἴα, quia ambas breues habent exceptis genitiuis & datiuis, in quibus vltimas producunt, & Ionicè accentus transferunt ex penultimis in vltimas μιᾶς, ἰᾶς. Coniunctiones cauſales in breuem deſinunt, vt ἵνα, γαρ̀, ὅτι, διότι, excipe ὅπως.

Oppoſitio regularum.

αν τὴν τράπεζαν, ἔτυψαν, τὸ τύψαν, ὦ αἶαν. Dixi τράπεζαν acuta prima: quia parium ſyllabis nominum accuſatiuus ſuum rectum ſequitur, & accentu & quantitate. Orpheus· χεῖρας ἐπεκτείνας ἀπεκέκλετο πότνιαν ἥρην· id eſt, Extenſis manibus Iuno veneranda vocatur. Dixi præterea ὦ αἶαν· quia vocatiuus vltimam de quoque κέρα ſiue fœmineũ, ſiue neutrum. Adde portò in quibus altera conſonans præcedit ρ, illi adhærens, vt πέτρα, ἄγρα: excipe σκολόπενδρα, τάναγρα, quibus addes γέφυρα κρόκυρος. Quidam addunt polyſyllaba finita in αια, quippe quæ habent diphthongum in penultima. At illa videntur ſequi regulam adiectiuorum. A σελήναιος τοῦ σεληναίου. & ſic ἡ σεληναία.

Articuli fœminei dualis numeri, α extendunt, vt ἄ, τὰ μούσα. In neutris contrà pluralibus, α corripitur, vt doceo in regula oppoſita, vt ἄ, τὰ δῆλα, ξύλα, vt videlicet fieri ſolet, in nominibus æquiſyllabicis, & genere, & caſu, & terminatione illis ſimilibus.

Vocatiui in α producuntur, ſi deſcendant à nominibus in ας primæ declinationis, vt ὦ αἰνεία, quia ὁ αἰνείας· ſic vocatiui duales primæ ac ſecundæ, vt τὼ, ὦ αἰνεία, τὰ, ὦ μούσα. Itidẽ vocatiui poëtici ὦ λαοδάμα, ὦ πολυδάμα. Odyſſ. θ. & Iliad. σ. Adde ſimiles.

Genitiui in α Dorici ſingulares, primę declinationis producunt α, τῶ αἰνεία Doricè pro eo quod communiter dicitur τοῦ αἰνείου.

Accuſatiui Attici à nominibus in εὺς, vt ἀτρέα, πηλέα, producto α, atticè, ſed correpto & communiter & Ionicè, vnde Euripides: καὶ μὴν δέδορκα τόνδε πηλέα πέλας· id eſt, Attamen ego vidi iſtũ quoque Peleum propè. vbi λεα iambus eſt.

Α ἐκπλήξεως id eſt, percuſſionis, & ἐπιτιμητικὸν. i. increpãtis aduerbiũ producitur, id quod accentus apertè ſatis indicat.

Oppoſitio regularum.

αν Producũt αν nominatiui ac vocatiui maſculini in αν deſinẽ tes,

vltimam tempore habet æqualem ſuo recto, aut certè (vt hîc) minorem: maiorem verò nunquam. fit enim à genitiuo ablato ος. Porro τὸ τύψαν, propoſui, quia neutrum omne participium expers contractionis, vltimam corripit. Excipe τυπῶν futuri ſecundi.

Ἀλκμὰν, maſculina & fœminina in liquidam ſeu immutabilem deſinentia, vltimam producunt: neutra verò eandem corripiunt. Id quod de rectis dictum eſſe intelligas oportet.

Ἀινείαν longa vltima per regulam proximè antecedentem. fit enim à ſuo recto qui ſemper producitur, σ in ν, mutato. πάμπαν corripit vltimam apud Homerum Odyſſ. β.

ὅ δὴ τάχα οἶκον ἅπαντα
πάγχυ διαρραίσει, βίοτον δ' ἀπὸ
πάμπαν ὀλέσσει. Id eſt.
Is ſanè totas forſan ſubuerterit ædes,
Funditus, & prorſus victum deſtruxerit omnem.

Vbi Euſt. ſic habet ὅρα δὲ καὶ τὸ πάμπαν συςέλλον, ὡς τὸ ἄγαν καὶ λίαν. καὶ καινὸν οὐδὲν, εἴγε καὶ τὸ ἅπαν, ὄνομα ὄν, ἴωνες συςέλλουσι. καὶ ὁ ποιητὴς, οἷον, τῶν δ' ἅπαν ἐπλήσθη πεδίον ἀττικοὶ δὲ κατὰ αἴλιον διονύσιον, ἐκτείνουσι τὴν ὑςέραν τοῦ ἅπαν· ἕτερος δὲ ῥήτωρ ἐν δικαίῳ λεξικῷ γράφει ὅτι ὁ λόγος βραχύνειν ἀξιοῖ τὸ ἅπαν. τὰ γὰρ παραχηματιζόμενα τοῖς εἰς ας οὐδέτερα, βραχύνονται, οἷον, μέλαν, τάλαν. οὕτως οὖν καὶ ἅπαν, εἰ δὲ ταῦτα, πολλῷ πλέον τὸ πάμπαν ἐπίρρημα συςαλήσονται.

OPPOSITIO.

ας Ἀίαντας, τύψαντας, ἀρκὰς, μονὰς, κέρας, quæ omnia ſunt quintæ inflexionis. adde aduerbium ἀγκὰς, id eſt in vlnis, & pronomen ὑμέας.

ας Dixi αἴαντας corripere vltimã: quia accuſatiuus pluralis impar & incontractus in ας, tam in nominibus quàm participiis, vltimam corripit.

tes, vt ὁ & ὦ πλευκὰν, ἀλκμὰν, πᾶν, ὦ τάν. Accuſatiui ſingulares parium ſyllabis primæ declinationis τὸν αἰνείαν. Adde τὸ πᾶν, id eſt, omne, cum ſuis compoſitis, & aduerbium λίαν. τὰ εἰς αν λήγοντα ἐπιρρήματα, μακρὸν ἔχουσι τὸ α, οἷον, πέραν, λίαν ἐνάν. πλὴν τοῦ ὅταν καὶ πάμπαν· τὸ δὲ ἄγαν συντιθέμενον μετ' ἄλλου συςέλλει τὸ δεύτερον α. ὡς ἐν τῷ ἀγαμέμνων. At Euſtath. Odyſſ. β. v. 1433. verſ. 65. ὅρα δὲ, inquit, καὶ τὸ πάμπαν συςέλλον ὡς τὸ ἄγαν καὶ λίαν. καὶ καινὸν οὐδὲν, εἴγε καὶ τὸ ἅπαν, ὄνομα ὄν, ἴωνες συςέλλουσι: καὶ ὁ ποιητὴς, οἷον, τῶν δὲ ἅπαν ἐπλήσθη πεδίον. ἀττικοὶ δὲ κατὰ αἴλιον διονύσιον ἐκτείνουσι τὴν ὑςέραν τοῦ ἅπαν. ἕτερος δὲ ῥήτωρ ἐν δικαίῳ λεξικῷ γράφει ὅτι ὁ λόγος βραχύνειν ἀξιοῖ τὸ ἅπαν. τὰ γὰρ παραχηματιζόμενα τοῖς εἰς ας οὐδέτερα, βραχύνονται. οἷον, μέλαν, τάλαν· οὕτως οὖν καὶ ἅπαν. εἰ δὲ ταῦτα, πολλῷ πλέον τὸ πάμπαν, ἐπίρρημα συςαλήσονται. Quæ hinc excipi debent, vide è regione, hoc eſt in regula oppoſita, in dictione ἀλκμὰν videlicet.

Quæ ſequuntur extra oppoſitionẽ, hoc eſt regulam oppoſitam, conſiderãda ſunt.

αρ Αρ extenditur ὁ ψὰρ, κάρ. At neutra corripiũtur nomina in αρ, vt ἦμαρ, ἄλκαρ, νέκταρ. Et cõiunctiones γὰρ, αὐτὰρ, ἀτάρ. Adhęc nomina ὁ μάκαρ, ἡ ὄαρ, δάμαρ. In ſumma· Monoſyllaba in αρ producunt α· reliqua verò nomina omnia corripiũt α, tametſi in immutabilem deſinunt.

OPPOSITIO.

ας Producunt ας nominatiui ſingulares nominum maſculinorum tam grauitonorum, quàm circunflexorum, vt αἰνείας, Θωμᾶς, αἴας. Adde κρὰς, μαλικρὰς, quippe quæ à κεράννυμι deduçuntur: ὁ ἱμὰς, ἀνδριὰς, quæ poſtrema ſunt oxytona. Excipe μέγας, & λᾶας, quia corripiũt ας.

ας Producunt ας Genitiui omnes in ας, & item omnes accuſatiui pares, vt τῆς περιφερείας, τὰς περιφερείας, τοὺς αἰνείας, τὰς τραπέζας, τὰς μύσας, eadem quippe quantitate

ſeruata

corripit. Sed par producit, vt τοὺς αἰνείας, τὰς πρασιζας. Notabis tamen doricè ac æolicè pares correptos reperiri, vt apud Theocritum ἁ πίτυς ὄχνας οἱ εἴνεγκε, id eſt, pinus mala tuliſſet: & τὰς apud eundem paſſim, vt βόσκε τὰς αἶγας id eſt paſce capellas. Dixi & κέρας corripere vltimã: quia omne nomen neutrum in ας corripit vltimam, vt ὄνας, δέπας. Adhæc omne fœmininum & commune acutitonum, vt ἡ τριὰς, ὁ καὶ ἡ ἀρκάς. vnde Etym. in dictione μυρία. τὰ εἰς ας ὀξύτονα θηλυκὰ συστέλλει τὸ α. καὶ τὰ εἰς ας ὀνόματα διὰ τοῦ δος κλινόμενα, βραχὺ ἔχοντα τὸ α, ὀξύνεται, οἷον, ἰγὰς, φυγάς.

ſeruata in articulo τὰς, lingua communi. Doricè tamen per regulam oppoſitam corripitur τάς.

Producunt ας participia actiua maſculea nominandi caſus, vt τύψας, ποιήσας, ἱστάς. Adde pronomina ἡμᾶς, ὑμᾶς, σφᾶς· quia contracta ſunt, ex ἡμέας, ὑμέας, σφέας· vt κρᾶς de quo paulo antè: quod, vt volunt, fit per contractionem à κράας. Sed ſi ſpectes naturam accentuum, dices potiùs fieri per ſyncopen, vt ας natura longum in fine acutum retineat, alioqui ex acuto & graui circunflecteretur.

ANNOTATIO DESINENTIVM
in ας longum.

κρᾶς pro capite non legi ego in recto hactenus, ſed duntaxat in obliquis ſingularibus, & in plurali priore longa, vt Iliad. α, κρατὸς ἀπ᾽ ἀθανάτοιο, id eſt, à capite immortali. Et rurſum: κρατὶ δ᾽ ἐπ᾽ ἰφθίμῳ, id eſt, ſed capite in generoſo. Legitur tamen & κράτα capita breui priore, ſicuti & κέρα. Dixi paulo antè τύψας & ſimilia participia in ας extendere ας: aliquando tamen, ſed æolicè, illud corripiunt. Heſiodus: δήσας ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα, id eſt, Æternis pedicis vincto preſſóque Prometheo. Dixi præterea in regula breuium in ας, ἀγκὰς aduerbium cum ſui ſimilibus, cuiuſmodi ſunt ἰκὰς, ἀνδρακὰς, ἀτρέμας, corripere vltimam. Nota λάας pro vrbe quia ſpondeum conficit, pro lapide vero λᾶας trocheum. Contrahitur & λᾶας λᾶς tam pro vrbe, quàm pro lapide. Sic Μέγας viri proprium vltimam extendit: eandem verò cum adiectiuum eſt, & magnum ſignificat, corripit.

QVANTA SIT VLTIMA SINGVLORVM
caſuum ſingularium, dualium, pluralium in omnibus nominibus cuiuſcunque ſint declinationis.

Nominatiuus omnis ſingularis numeri, primæ quartęque declinationis nominum ſyllabis parium vltimam producit: αἰνείας, χρύσης, μηδείλεως. Secundæ perinde, vt φιλία, λήδα· Sed non omnis: quia μοῦσα cum ſui ſimilibus corripit. Tertiæ nominatiuus omnis corripit θεὸς, ξύλον. Sed rectus ſinglaris quintę, quæ ſyllabis impar eſt, variam vltimæ quantitatem habet, colligendam ex Gnomone atque aliis regulis ad id demonſtrandum conducentibus.

Genitiuus & datiuus ſingulares quatuor primarum declinationum, ſyllabis vtpote parium, vltimam in vniuerſum habent longam, αἰνείου, αἰνείᾳ· χρύσου, χρύσῃ· μούσης, μούσῃ· λήδας, λήδᾳ· λόγου, λόγῳ· μηδείλεω, μηδείλεῳ· quintæ verò breuem τιτᾶνος, τιτᾶνι.

Accuſatiuus & vocatiuus ſingulares declinationum ſyllabis parium recti

ſui quantitatem ſequuntur, demptis vocatiuis in α deſinentibus, à nominibus primę in ας, in quibus α corripitur, quanquam rectus in ας longum deſinit: at accuſatiuus ſingularis quintæ ſui genitiui quantitatem ſequitur, τιτᾶνος, τιτᾶνα.

Vocatiuus ſingularis, fermè ſuum rectum ſequitur: aliquando tamen minor eſt, maior certè nunquam, vt ἀπόλλων, ὦ ἄπολλον.

Caſus duales & plurales nominum ſyllabis parium vltimam quidam longam habent. Excipe α in fine pluralium neutrorum, quia illud α corripiunt, vt ἄλλα, ξύλα. Notaui præterea in Gnomone ας, Doricè atque AEolicè corripi in accuſatiuis pluralibus pariſyllabicis. Vide longas diphthõgos αι, οι in fine, ſi rationem accentuum ſpectes, haberi plerunque loco breuium: aliquando tamen vt longæ ſunt, ita quoque reputantur in collocando accentu: id quod apertiùs docemus in Enchiridio accentuum.

At caſus duales & plurales imparium ſyllabis nominum vltimas corripiunt, demptis genitiuis, qui eas vbique producunt, vt τοῖν αἰάντοιν, τῶν αἰάντων. Hæc autem omnia de incontractis intelligi volo: ſiquidem contracta omnis ſyllaba longa eſt naturâ. Quòd ſicubi contractio eſſe videatur, & tamen ſyllaba ſit breuis, dic ſyncopen eſſe, non autem contractionem.

I, IN PRIMIS ANTE CONSON.

μ | ιγ ιρ | τοῦτ' ἔστι μακρὸν τὸ ι, πρὸ τοῦ γ καὶ ρ, id eſt. Longum eſt ι, ante γ & ρ. Cæterùm ante omnes alias conſonantes breue eſt ι, vt in ſequenti Gnomone patebit.

ιγ | ῥίγιον, Iliad. α. ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ
μᾶλλον ἐμοὶ ἔσεαι· τὸ δέ τοι καὶ ῥίγιον ἔσται, id eſt,
Longius & ſummota eris à me id quod tibi durum. Adde ῥιγέω, ῥιγόω, σιγάω, ὀρίγανον· ſcribitur & ὀρέγανον apud Nicandrum.

ιρ | σεμίραμις, τιρύνθιος & reliqua id genus.

β | ιβ ιδ ιθ ικ ιλ ιμ ιν ιπ ις ιτ ιφ ιχ. Id eſt βραχὺ ι, πρὸ τοῦ β δ &c.

ιβ | στιβαρὸς, λιβύη, ἴβυκος, τιβεριὰς, τιβερινὴ, τιβερῖτις. | Producunt. | τίβυρις quæ & τίβυρ apud Stephanũ dicitur, Italiæ vrbs. Et ἀλίβαντον apud Nicandrum in Theriacis. τιβέριος apud Nonnum occaſione breuium ſequentium producit primam, reliqua ſuæ originis corripiunt.

ιδ | σίδηρον, κηρίδιον, ἐριδαίνω: nota deriuata in ιδιον tres vltimas corripere, vt γνωμίδιον. | Producunt. | χελιδόνιον, σιδόνιος, ἀκιδάλιος, πιδήτης, πιδύω, ἰδαῖος, ἰδάλιον, ἰδυμένης.

ιθ | τιθυνὸς, ψιθυρίζω κίθαρις: verbalia quæ fiunt à verbis ι, ſubiunctiuam in diphthongo habentibus, ι corripiunt, vt à πείθω πιθανός. Sic à λείχω λιχανός, de quo in hoc Gnomone, ſuo loco. Excipe σῖτος de quo agitur ſuo loco. | Producunt. | ἰθύντωρ, ἰθύνω, τιθανός, σιθωνία.

ικ | σικελὸς, ἱκέτης, νικόδημος, Apud Nonnum in paraphraſi in Euãgelium beati Ioannis. | Producunt. | ἱκεσίη, ἱκέσιος, ἀφικέτη, ἱκάριος, ἴκτερος, κίκαμα, νίκανδρος, νικίας, νικάω, σικινίω, σικελίω, Φρικώδης, Φρικάλιος, Φοινίκιος. Indiff. ἴκελος.

λιλύβη,

ιλ | λιλύβη, φιλέω, φιλῦμαι tamen & φίλος & φιλομέδουσα quandoque ab Homero producitur & ſic indiffer. | Producunt. | Ἴλιος, ἰλεός, ἰλιασός, ἰλυόεις, ἰλασδόν, ἰλαμός, ὁμιλαδόν, μελίλωτον, μίλητος, ὁμιλέω, πιλέω, σιλλωός, φίλομαι, φιλητεύω, χίλια, χελεύω, χιλιάς, χίλιοι, ψίλωθρον. Indifferentia ſunt, ἵλαμαι, ἵλαος. Et aliquando σιλλωός, quod & συλλωός ſcribitur.

ιμ | σιμόεις, χίμαρος, ἱμάσθλη. | Producunt. | Ἵμερος, ἱμερόεις, ἱμείρω, βριμάω, βριμηδόν, δριμύλος, ἱμέρα pro vrbe ac fluuio, σιμαίθα, μιμοῦμαι, μίμημα, μιμηλός· τιμὴ cum ſuis compoſitis deriuatiſque, qualia ſunt τίμιος, τίμαιος, τιμαγήτης· φιμώδης, φιμῶ.

ιν | κινύρομαι, κοτίνουσα, μινύρομαι. | Producunt. | γινώσκω, γίνομαι, δινήεις, δίνησις, ἐρινεός, ἴναχος, ἐρινακίν, ἰνίον, ἰνωπός, κίνυμι, κινέω. Et omnia verba in ινῶ producunt, ι, vt βινῶ, κινῶ, ſic κινύφιος fluuius, τρινακρία, ἀκροθίνια, λακίνιος, λακινιάς, μινώιος, σίνομαι, πινύσκω, ἀλφίνιος. Indifferentia communiáve ſunt, ἀγινέω, δινεύω, δινέω.

ιπ | λιπαρός. id eſt pinguis, & ſimilia. | Producunt. | Εὐριπίδης, διϊπετὴς, λιπαρῶ ſupplico, ἠνίπαπε· & apud Orpheum πυριπόλος, ῥιπίζω, ῥίπαιον pro monte.

ις | κλισία, πισίδαι. | Producunt. | Μισέω, μισαρός, βισάλτης, βισαλτία, ἴσανδρος, βρισηὶς, ἰσοφαρίζω, ἰσάζω, ἰσαῖος, κοτίσαλος, νισυρός, πισιδὴς, πισιδικός, σίσυμφος, σίσυμβρα, σισυφίδης, τισιφόνη, φθισήνωρ, χαρίσιος. Sunt tamen qui ſcribant μυσαρὸς per υ, pro μισαρὸς, de quo paulo antè.

ιτ | λιτανεύω, μιτυλήνη, ἴτυλος. | Producunt. | τίτυρος, τριτογένεια, τριτογενὴς, τριτωνὶς, ἰτιμονεὺς, ἰτέα. Non deſunt tamen qui dicant, ι, in principio ſeu fronte capitéve dictionis ante τ, breue eſſe, vt ἴτυς, ἰτρύον, ἰτέα. At verò non ſemel Homerus produxit ἰτέα, vt Iliad. φ. καίοντο πτελέαι τε, καὶ ἰτέαι, ἠδὲ μυρίκαι· id eſt, Ardebant vlmi, ſalices, humiléſque myricæ. perinde Odiſſeæ κ.

ιφ | νιφετὸς, νιφόεις. | Producunt. | Ἴφιος, ἰφιγένεια, ἴφιτος, διφάω, διφήτωρ, ἰφιδάμας, ἰφίνοος, & alia ab ἶφι compoſita, τριφυλλίς. Indifferens eſt πιφαύσκω.

ιχ | κιχέω cum ſimilibus. Notabis Verbalia quæ formantur à verbis, ι, ſubiunctiuam in diphthongo habentibus corripere, ι, vt à λείχω λιχανὸς, haud ſecus atque à πείθω πιθανός· de quo in hoc Gnomone ſuo loco. Excipe οἶνος, de quo ſuo loco. | Producunt. | ἰχανῶ, κίχλα.

DE QVANTITATE ΤΟΥ̃ Ι, IN PRIMIS ET *omnibus antepenultimis ſyllabis ante vocales.*

τὸ, ι, in primis & omnibus antepenultimis ſyllabis ante vocales corripitur, vt ἴστης, διερὸς, μητιόω, αἰγιαλὸς, ἱλασπινύω, &c. Excipe producentia· ἰάσιος ἴασος, ἰάομαι, ἰατρὸς, ἰάσιμος, ἰαμβικὸς, ἰαπετὸς, ἰυτὴρ, ἰύζω, ἰυγὴ, ἰυγμὸς, ἰονὴ, ἰωχμός. Et ab ἰὸς id eſt virus, venenum, compoſita, vt ἰοχέαιρα, ἰοβόλος. Adde χιονόεις, κιάθω, φθιώτης, μνιώδης, πίειρος, πιέριος, δίω, ἵεμαι, δφιονίδης, πανδιονίδης, πιαίνω, πολίωξις, πρώωξις. Vnde apud Heſiodum in clypeo Herculis, ὃν δὲ προΐωξίς τε

πολιω-

παλίωξίς τε τέτυκτο· Id eſt, Alterna in clypeo fuga erat fabricata politè. Notabis tamen in παλιώξις τὸ ι, videri contractum ex παλιίωξις, & ſic contractionis ergô longum: in πςοίωξις verò ſi nolis ι, productum eſſe, coniunges ο & ι, per συνίζησιν, id eſt coaleſcentiam, vt ſit in diphthongo πςοίωξις, detractis vtpote duobus punctis in apice τῦ ι extantibus, & ſic πςοίω ſpondeus erit, ω verò & ξ, poſitione δὲ antecedens extendunt.

Media verò id eſt communia indifferentiáve ſunt ἰαίνω, ἰατρὸς, apud Ariſtoph. in Pluto, βλ.

οὐκῦν ἰατρὸν εἰσαγαγεῖν ἐχρῆν τινα. id eſt,

Inducere quendam igitur oportebat medicum. reſpondet χρ.

τίς δῆτ' ἰατρός ἐστι νυῦ ἐν τῇ πόλει; id eſt:

Quiſnam medicus ſanè eſt in vrbe hoc tempore? In hiſce duobus autem verſibus Ariſtophanis ι, in ἰατρὸς corripitur, alioqui verſus eiuſmodi iambicus trimeter ſenarius ſuis non conſtaret numeris: at longa prima reperio non rarò apud alios poëtas, & ſic indifferens. Adde ἱερὸς, ἀνιαρὸς, ἀνιάω, ἀνιάζω, ἴημι eo & ἵημαι eo, ἵημι pro πέμπω, id eſt mitto, ἵημαι cupio. Et notandum διάβολος extendere primam apud Nonnum in paraphraſi in Euangelium diui Ioannis.

ΤΟ` Ι, IN PENVLTIMIS ANTE CONSONANTES.

μ ιρ

τῦτ' ἔστι, μακρὸν τὸ ι, πρὸ τῦ ρ ἐν τῇ παραλυγούσῃ id eſt, Longum eſt Iota ante ρ in penultima. Cæterùm ante omnes alias conſonantes breue, vt ex Gnomone ſequente apparet.

ιρ ἶρος, ἶρις, Ὄσιρις, Νιρεὺς, τίρυνς, λιρός.

β ιβ ιγ ιδ ιθ ικ ιλ ιμ ιν ιπ ις ιτ ιφ ιχ

ιβ λιβάς. Producunt. θλίβω, ἀκριβὴς, στίβη, ἐρυσίβη, ἶβις, τίβυρ, & apud Nonnum τιβεριὰς, ob breues ſequentes.

ιγ ὀλίγος, λιγὺς, γίγας. Producunt. ῥῖγος, σιγῆ, μίγω, πνῖγος. At in Argonauticis Orpheus ſemel produxit γ in γίγας, his verbis,
γιγάντων οἱ λυγρὸν ἀπ' οὐρανῦ ἐνστάξαντο, id eſt.
Gigantum illi qui peſtem à cœlo inſtillarunt.
Commune indifferénſve eſt πνίγω.

ιδ κομιδὴ, ἰδέ. Producunt. χελιδὼν, πῖδαξ, κνίδη, ἴδη, δίδω, εἰλιδὸν, πολύιδος, χλίδη, σίδη: indifferens tamen legitur σίδη, id eſt, penultima modò longa modò breui, apud Nicandrum in Theriacis.

ιθ λίθος, πίθος. Producunt. βρῖθος, βρίθω, βριθὺς, ἰθὺς, ἐριθεὺς, ἔριθος, κριθὴ, σιθών, & αἶθος proprium nomen, Iliad. β.

ικ δίκη, ὀρφανικὸς, γραμματικὸς, per regulam poſſeſſiuorum acutitonorum in ικὸς: quæ omnia, ι corripiunt. Producunt. Νίκη, φρίκη, φοινίκη, κικὺς, χεῖκος, ἄικυς, γρυνῖκος fluuius.
Indifferés eſt μυρίκη apud Homerum: Apud verò alios poëtas longum legitur.

ιλ ποικίλος, quia in grauitonis in ίλος & ύλος deſinētibus, anceps in penultima corripitur.

Producunt. τιλὸς, ὅμιλος, σιλὼν, χίλιον, χηλὸς, σπῖλος, σμῖλος, σμίλη, σμίλαξ, πῖλος, πέδιλον, δίλευς, κοτίλη, ποικιλὸς, ἰλὺς, ἶλος, ἄργιλος, αἴγιλος. Indifferens φίλος propter liquidam.

ιμ λιμὴν, ἄλκιμος· Quia ſimplicia polyſyllaba deriuata in ιμος, ι corripiunt, vt ἄνθιμος, ἄλκιμος, κύδιμος, πρώϊμος. Dixi ſimplicia, quia compoſita producunt, vt docetur in regula producentium quæ huic opponitur: & quæcunque verbalia in ιμα deſinētia quæ fiunt à prima præteriti paſſiui perſona, ſui verbi quantitatem retinentia, ι corripiunt, vt à κέκριμαι κρίμα, à κέκλιμαι κλίμα, & ſimilia.

Producunt. τιμὴ, λιμὸς, μῖμος, φιμὸς, σιμὸς, κλίμαξ, δριμὺς, βρίμη, βριμὼν, βριμὼ, id eſt Proſerpina, ι lōgo tametſi compoſitum dicitur à βρι particula corripiēte ι, vt ſic dicatur quaſi βριμήεις, id eſt iracunda. Vnde apud Apolloniū, βριμὼ νυκτιπόλον χθονίην ἐνέροισιν ἄνασσαν· id eſt, Brimo quæ regit infera veſtibularia noctis. Adde compoſita nomina deſinentia in ιμος vt βούλιμος, ἄτιμος, ἴφθιμος. Subhęc verbalia finita in ιμα quæ fiunt à verbis producētibus penultimam, cuiuſmodi ſunt χρῖμα, μήνιμα. Addes & κάμιρος vrbis nomen. Indifferens eſt ἱμάς.

ιν Α'κλίνης πίναξ ἐαρινὸς, id eſt vernus, quia quæ deſinunt in ινος polyſyllaba acutitona & tempus & horam ſignificantia corripiunt ι, & id quidem ſæpius, aliquando tamen producunt. Vnde Iliad. φ.

Ω'ς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς βορέης. id eſt,
Vt cùm autumnalis Boreas, &c. Et apud Aratum, ἢ τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγών, id eſt, Aut & ſolæ vlulæ matutino tempore ſtridunt.

Producunt. ῥινὸς, χαλινὸς, ἰπνὸς, ἐρινὸς, μίνως, αἰσχίνης, ἐρινὰς, ἀπηρινὴς, θρίναξ, θρινακίνης, κλίνη, ἰνὼ, φοινὸς. Accedunt his grauitona finita in ινος diſyllaba polyſyllabáque, vt λατῖνος, πυρῖνος, δῖνος, κάμινος, vnde Etymologicum. τὰ διὰ τοῦ ινος πρὸ μιᾶς τὸν τόνον ἔχοντα, ἐκτείνουσι τὸ ι. πλὴν τοῦ ἐχίνος, καρκίνος. πρὸ δύο δὲ τὸν τόνον ἔχοντα, συστέλλει. πλὴν τοῦ κάμινος, ταλάυρινος. Et ινον, vt σέλινον, à quibus tamen excipies καρκίνος, πίνος, λίνος, κόφινος, κότινος, ῥίνος· & ea quæ materiam ſignificāt, vt κέδρινος, δρύϊνος, βύβλινος. Producunt pręterea in ινη deſinentia nomina quæ trium ſyllabarum numerum excedunt, vt μολυβδίνη, ἀδραστίνη, ἠρωίνη, ἐρυκίνη. Excipe hinc εἰλαπίνη cum propriis vrbium: & triſyllaba quæ primam productam habent, vt ῥητίνη, ἀξίνη, δωτίνη, ὑσμίνη, ὀρμίνη, & duo diſyllaba, δίνη, ῥίνη. Huc accedunt propria potiſſimum locorum & vrbium, vt καμάρινα, αἴγινα ſiue inſulam, ſiue fœminam ſignificet. Orpheus,

πήλεάς τ' αἰακίδην αἰγίνης ἀγλαὸν ἦον, id eſt,
AEacides Peleus AEgine ſplendida proles.

In hoc verſu Latino pro more Græcorum pronunciabis, leus, per συνίζησιν, hoc eſt vna ſyllaba. producunt & verba in ίνω & ίνομαι deſinentia, vt φθίνω, πίνω, κρίνω, κλίνω, γίνομαι, σίνομαι. At σίνος medium eſt, id eſt indifferens, Nicandro.

ιπ λίπος Hepheſtio tamen λῖπος penultima longa ſcribit. Producunt. { σκίπων, γριπεὺς, ὀνιπεὺς, ἐνίπτω, ἔυριπος, ἶπος, παρθενοπίπης, ῥίπη vrbis nomen, Iliad. β. Ῥιπὴ, ῥιπεὺς, κνιπὸς, σιπύς. Iudifferentia ſunt, ἐρίπω, ὀνιπή.

ις ἴσως fortè, κρίσις, κλίσις, μίσος pro piaculo, ἥμισυ, σφίσιν, id eſt ſibi. κρίσις tamen aliquoties productum legitur apud Moſchum & Nonnum. Producunt. { Μῖσος odium, ἶσις, ἴσως æque, ἀγχίσης, βρισεὺς, ἀμφισὸς, ἀμνισὸς, θεμισώ, νῖσος· πῖσα vrbs, ſcribitur tamen aliquando gemino σς, πίσσα ſicuti & ἀμνισσὸς, ἀμφισσός. Adde ἀμφισσεὺς & κηφισσός. Accedit ſuperioribus τὸ πῖσος vbertas, vnde πισήεις vber, τελμισσὸς, λάρισσα. Commune ſeu medium & indifferens ἴσος æqualis cum ſuis. vnde Etymologicus author ἴσος, ἔυρηται .ι. μακρὸν καὶ βραχύ. παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ, ἀεὶ μακρόν· παρὰ δὲ τοῖς πεζολόγοις, βραχύ. καὶ παρὰ τοῖς ἐποποιοῖς, ἔυρηται καὶ συνεσταλμένον. ὡς παρὰ καλλιμάχῳ. παρὰ δὲ τοῖς τραγικοῖς καὶ κωμικοῖς, συστέλλεται ἀεὶ τὸ ι, ὡς παρὰ ἐυριπίδῃ, καὶ συνεσταλμένον, ὡς παρὰ καλλιμάχῳ. παρὰ δὲ τοῖς τραγικοῖς καὶ κωμικοῖς, συστέλλεται ἀεὶ τὸ ι, ὡς παρὰ ἐυριπίδῃ. ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθείς, καὶ πάλιν. Κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ᾽ ἔχων ἴσον· κατὰ δὲ ἰαμβικοὺς, ἐπαμφοτερίζει. ἴσως δὲ ὁ ποιητὴς δωρικῶς ἐκτείνει τὸ δίχρονον. ὡς τὸ, ὕδωρ καὶ ἰλὺς κείσθαι ὑπ᾽ ἰλύος καὶ ἄρες ἄρες. Ἄνισος producit τὸ ι.

ιτ ἴτυς, nam ι ante τ in capite dictionis corripitur: ſic & in θεόκριτος vnde in epigrammate ἄλλος ὁ χῖος, ἐγὼ δὲ θεόκριτος, ὃς τάδ᾽ ἔγραψα, id eſt ecce Theocritus is qui hæc ſcripſi, chius & alter, Extitit: in quo quidem ι, corripitur. econtrario verò producitur in alio epigrammate γνῶθι θεόκριτον προσιδὼν τὸν ὀλυμπιονίκαν. id eſt noſce Theocritum aſpiciens ad Olympionicam. ſi tamen codex non ſit mendoſus. Sic ἄλφιτα, & ſimilia corripiunt ι, ante τ. Producunt. { σῖτος à verbo σιέειν, & quãquam habet ι longum, in aliis tamen non eſt ſolenne: quia ſæpius licet inuenire nomina breuiora quàm verba à quibus deſcendunt. Idq́ue per regulam ſequentem, Verbalia deducta à verbis ſubiunctiuam ι in diphthongo habentibus, corripiunt ι, vt à πείθω πιθανός, à λείχω λιχανὸς, de quibus ſuis locis. At σῖτος à ſuperiore regula exceptum, producit ι ante τ, vt & alia ſequentia, videlicet ἀπρόσιτος, κριτὸς, ἀκόνιτον, ἴφιτος, ἴτων vrbs, λῖτον, κλιτὺς, λιτὸς, hepheſtio tamen λῖτος flexa penultima pingit. πολίτιπος, φίτυς, φρίττω cuius præteritum πέφρικα, τρίτον, τίφυς, τιτάν. & nomina in ίτη deſinentia, vt ἀφροδίτη in quo ι ante τ producitur apud Hom. & Orph. apud autem Demetr. Moſchum frequenter corripitur. Producit ι, μελίτη· adde in ίτης & ῖτις deſinentia πολίτης, ὁπλίτης, μακαρίτης, ἐνῖτις. Excipe inde verbalia deſinentia in ίτης quæ ortum ducunt à verbis quorum penult. præteriti breuis eſt, vt à κέκριται, κριτὸς, & ab illis compoſita ὀνειροκρίτης, περιοικίτης penult. breui. Alij ſic colligunt, In ίτης deſinentia nomina penultimam extendunt. Excipe illa quæ à nominibus acutitonis componuntur: vt δικαιοκρίτης. Quoniam à κριτὸς acutitono deducitur.

ιφ | ξίφος ἔριφος, ἄντιφος. | Producunt. | ἶφι cum ſuis compoſitis & deriuatis, cuiuſmodi ſunt ἶφις, ἰφιὺς, γλίφω. γρῖφος, adde σῖφος, σίφων, σίριφος. Medium indifferénſve eſt νίφω, id eſt ningo.

ιχ | δολιχὸς, στίχω apud Homerum ſemper corripit ι, ſed Nonnus in paraphraſi in Euangelium beati Ioannis ſæpius producit. At in eo rectius fortaſſe ſcribendũ eſſet στείχω diphthongo ει, vt in eodem opere non raró legere cõtingit. | Producit. | ἰχὼρ, γλίχων.

ΤΟ` Ι, IN SYLLABIS PENVLTIMIS
corripientia ante vocalem.

Τὸ ι, corripitur in ſyllabis penultimis ante vocalem, vt σοφία, φιλία, φίλιος, κοχλίας. Nam maſculina grauitona in ιας, ι breue in penultima habent, vt κοχλίας & ſimilia. Adde δῖος, δῖ, δία, θηρίον, γραμμάτιον, τίω, κυλίω. Dixi σοφία & φιλία corripere ι, quia præceptum eſt Grammaticorum, fœminina penacuta in ια deſinentia corripere ι, in penultima. Et alij hunc in modum præcipiunt, In ια deſinentia nomina vltimam longam habentia, penultimam ι corripiũt, vt ξονία σοφία· excipe præterea ἴα & μία quæ vtráſque habent breues. Adde & deſinentia in ιος ſiue penacuta, ſiue antepenacuta: ea enim penultimam corripiunt, vt ὄλβιος, πύλιος, ἄξιος, βίος. At quæ penanflectuntur, ι producunt, per regulam accentuum, quæ præcipit, vt penultima longa ſi tonum habeat, ante breuem vltimam circunflectatur, vt κῖος, τῖος, χῖος, δῖος, φθῖος, quę nec dubiè contrahuntur. Alioqui χίος & ἴος inſularum nomina primitiua priorem breuem acuunt. Dixi præterea θηρίον corripere ι, in penultima, per regulam neutrorum diminutiuorum in ιον deſinentium: ea enim corripiunt ι penultimam, ſiue penacuta fuerint, vt θηρίον, ſiue antepenacuta, vt γραμμάτιον, δογμάτιον, & ſimilia. Adhæc κυλίω penultimam corripit per regulam polyſyllaborum in ιω deſinentium barytonorum, quæ ι penultimam omnia corripiunt. Excipe μηθίω, quia, vt docet author Etymologicus, τὰ εἰς ω. καθαρὸν βαρύτονα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τῷ ι. παραληγόμενα, ἐκτείνεται.

PRODVCENTIA.

Producunt ι penultimam ἀνία, αἰκία, κονία, ὁρμιὰ, καλιὰ, communi quidem lingua in α deſinentia, Ionicè verò in η, ἀνίη, κονίη, αἰκίη. Adde πίαρ vel πῖαρ. id eſt pinguis, πῖαρ, μνῖον, θρῖον, ἴϋγξ, πίων: diſyllaba enim appellatiua in ιων deſinentia, ι producunt in penultima, vt & πρίων, κίων: & permulta in ιων comparatiua, cuiuſmodi eſt βελτίων. Excipe neutra comparatiuorum ancipitem penultimam corripientia per regulam: Comparatiua in ον penultimam ancipitem corripiunt, vt τὸ βέλτιον, τὸ ἥδιον· præter μᾶλλον, θᾶττον diſyllaba. Accedit & γλυκίων, quia breue ι habet, vt & alia id genus habentia breuem antepenultimam, vt ταχίων, κακίων. Quæ tamen in ιον deſinunt, plerunque ι penultimam producunt: id quod apud Theognidem occurrit non ſemel in κάκιον. Nec diſſimili ratione à ſuperioribus, ι corripitur in Δευκαλίων, ζωπυρίων, Δευκαλίωνος, ζωπυρίωνος, in ſimilibus quippe ω in penultima obliquorum retinentibus: econtrario quæ mutant ω in ο in obliquis ſæpius producunt ι, per regulam generalem poſitiuorum in ιων deſinentium, quæ vertunt ω (vt dictum eſt) in ο, vt ἀμφίων, ὑπερίων, βραχίων, ἐχίων, πανδίων, δολίων, κίων, πίων, πρίων, quorum genitiui, ἀμφίονος, βραχίονος, ὑπερίονος· de quorum quantitate vide plura in crementis in capite de ω μέγα. In paucis tamen compoſitis corripitur penultima, vt in πανδεκτίων.

πλευκτίων. Cæterùm communia ſunt, hoc eſt indifferentia in ιων deſinentia, ὡρίων & κρονίων.

Producunt penultimam gentilia quoque χῖος, φθῖος, φθίη· & propria quæ ſequuntur, τῖος, φλίας, πῖος, κρῖος, θρῖος, κῖος. Quibus adiicies δῖος δῖα, id eſt, diuinus diuina, & ἔνδιος meridianus. Addes & διογένης cum ſimilibus ob ſequentes correptas, & χρίω, φθίω, μηθίω, πρίω cum acutitonis diſyllabis nominibus in ιος deſinentibus, cuiuſmodi eſt κριὸς aries, ἰὸς venenum. Excipe ἶος, æqualis, quia corripit penultimam.

Communia ſunt indifferentiáve, λίαν aduerbium, ἴεν, ἴοι, ἰεὶς, ἴς, ἴεν, ἴουλος & id genus cum ſuis compoſitis. Adiice τίω, πίω, ἀσκληπιος, δίω, ἥια, ἐυδίος, ὑπένδιος, adhæc ὡρίων, κρονίων, & alia quędam eiuſmodi nomina ſimplicia in ιων deſinentia, quorum nonnulla paulo antè citauimus.

β ι ιν ις

ΤΟ` Ι, IN VLTIMIS.

ι Τὸ ι, in vltimis corripitur, vt μέλι, αἴαντι, αἴασι, per regulam datiuorum ſingularium & pluralium quintę declinationis: quia τὸ ι, in fine correptum habent. Adde τὸ ι, in proſchematiſmis trium primarum declinationum, quia τὸ ι proſchematiſmi corripitur, vt αἰνείαισι καὶ αἰνείῃσι, μύσαισι καὶ μύσῃσι, λόγοισι. at in demonſtrationibus producitur Iota, vt paulo pòſt dicetur. Corripiunt τὸ ι, ἐυνῆφι, quia φι & φιν adiectiones ſyllabicæ corripiuntur, τύπτωσι, τίθημι, τίθησι, τύπτοιμι· ſiquidem in verbis, τὸ ι in fine ſemper corripitur. Adde νῶϊ, σφῶϊ, σφίσι, ὅτι, διότι, νόσφι, ἀπονητὶ, & in omnibus aduerbiis eiuſmodi, vtpote in ι deſinentibus, τὸ ι corripi, vt πελοποννασιστὶ Doricè pro πελοποννησιστὶ apud Theocritum, ἀμογητὶ apud Callimachum, μεγαλωστί. σ. Iliad. & μελεϊστὶ, Iliad. ω. Illa tamen producuntur nonnunquam, ſed ſegmento, quam cæſuram vulgo appellitant, duntaxat, vt ἀφρικτὶ apud Callimachum, & ἐγρηγορτὶ, Iliad. κ. Itidem ἀνιδρωτὶ, Iliad. ο. & ἀνιμωτὶ, Iliad. ρ. Quibus omnibus in locis, τι ſyllaba cæſura eſt.

REGVLA OPPOSITIONIS.

Producunt τὸ ι in fine, νυνὶ, τουτὶ, δευρὶ, & omnia alia in quibus τὸ ι additur demonſtrationis ergò. Quibus accedunt κοῖ, κρῖ. Item ξῖ, πῖ quæ circunflectuntur, literarum nomina.

ιν Id eſt breue ιν in vltimis, vt μὶν, νὶν, σφίν. Homerus Iliad. α. ὣς ὁ μὲν ἔνθα καθέζετ' ἐπὶ θρόνου, οὐδέ μιν ἥρη ἠγνοίησεν, id eſt, Sic is tum in ſolio reſidet, nec fallere quiuit Iunonem. Eodem modo & AEolica pronomina ἄμμιν, ὔμμιν, & ſine, ν ad vitandam poſitionem ἄμμι, ὔμμι. Adde πόλιν, πρὶν, πὼ πόλιν, ἐυνῆφιν· quòd ſiquando longa legantur, notanda in illis erit vel dialectos ſeu linguæ proprietas, aut licentia, de qua ſuo loco tractabitur. Nota μῆνιν Atticum eſſe & Ionicum, μήνιδα verò commune. Quia (vt docet Euſtath. in primum librum Iliad.) τὰ εἰς. ν. λήγοντα ἐν τῇ αἰτιατικῇ, πάντα βραχέα ἐστὶν, οἷον εὔπολιν, ἄλεξιν, ὄχιν, θέτιν. οὕτω γοῦν καὶ μῆνιν. διό φησι τὴν κνημῖδα καὶ σφραγῖδα, οἱ αἰολεῖς κναμὶν καὶ σφραγὶν λέγοντες, μετὰ ὀλιγότητος συλλαβῶν συστέλλουσιν. Euſtath. Iliad. ρ. τὸ ἡμῖν, ἄμμι λέγουσιν οἱ αἰολεῖς, βαρύνοντες αὐτὸ καὶ συστέλλοντες τὴν λήγουσαν. Ἀπολλώνιος· ἄμμι γαμὴν, νέος ἔνδον ἀτύζεται. δωριεῖς δὲ ἀμὶν, συστέλλοντες τὸ. ι. καὶ ὀξύνοντες. Θεόκριτος. πολλαὶ δ' ἀμὶν ὕπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο. ἴωνες δὲ, πολλάκις δὲ καὶ Ἀθηναῖοι προπερισπῶσιν ἐν συστολῇ τοῦ. ι. ὅμηρος. ὦ φίλοι, ἢν μὲν ἧμιν ἐϋκλεὲς ἀπονέεσθαι. σοφοκλῆς διελέγεσθαι· ὅπως λύσιν τίν' ἧμιν ἐυαγῆ πόροις. φρύνιχος μούσῃ. ἐβουλόμην ἂν ἧμιν ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ.

ἀττικοὶ δὲ παραδείγματα ταῦτα τὰ δύο.

OPPOSITIO.

Producunt ιν, ἡμῖν, ὑμῖν, & ad poëtas ἧμιν, ὖμιν, producunt porrò ιν & δικατάληκτα: id eſt bitermina ſeu duarum terminationum, qualia ſunt ἶν, λὶν, ῥὶν, ἀκτὶν, δελφίν.

ις Id eſt ις corripitur, vt λέξις, πόλις, βρισηῒς, ὁ πάρις, per regulas Grammaticorum quæ ſunt eiuſmodi. Grauitona in ις quæ futuri ſui conſonantem retinent, Item fœminina acutitona in ις purum deſinentia, ipſum ι corripiunt: Fœminina contra primigenia ſimplicia diſyllaba oxytona producunt τὸ ι, vt κρηπίς· Alij generaliore vtentes regula tradunt, omnia nomina in ις deſinentia ſimplicia non circunflexa, vltimam recti ſyllabam corripere.

Corripiunt ις & aduerbia in ις deſinentia, vt δὶς, τρίς. nec admiratione caret, quod Theodorus Gaza notat in τρὶς, ι produci, in τρία vero corripi, cum τρὶς apud Theocritum corripiatur bis in duobus primis Idyllijs. In primo ὡς τρὶς ἀμέλξαι id eſt, Ter venit ad mulctram: & in ſecundo, ἐς τρὶς ἀποσπένδω, id eſt, ſacrifico ter. Sic apud Nicandrum & paſſim apud alios poëtas.

OPPOSITIO.

Producunt ις δικατάληκτα, vt ἀκτὶς, λίς. Et monoſyllaba nomina vt κίς· excipe τὶς correptum. Producunt & compoſita penacuta quæ ſuorum ſimplicium genus immutant, vt ab ἡ κληῒς, ὁ πολυκληῒς, ab ἡ ἀκτὶς ὁ χρυσάκτις, ab ἡ κνήμη, ὁ ἐυκνήμις. Illa verò κρηπὶς, κνημὶς, βαλβὶς κληῒς, σφραγὶς, ἀκρὶς, ἀψὶς & id genus per δ declinata, quę acutitona ſunt diſyllaba fœminina penultimámque natura longam habent: quippe quę nec propria nec diminutiua ſunt vt quidam præcipiunt, τὸ ι in recto, vt in obliquis producunt, vel vt aliis placet in recto breue habent τὸ ι, in obliquis natura longum, vt κνημῖδος, κληῖδος, βαλβῖδος. Placet tamen hephæſtioni, κληὶς, Vltimam habere longam.

τὸ υ, ANTE CONSONANTES IN *primis ſyllabis, & omnibus antepenultimis.*

μ — υς: τοῦτ' ἔστι, μακρὸν τὸ υ, πρὸ τοῦ σ, ἐν ταῖς πρώταις συλλαβαῖς. Id eſt, longum eſt υ ante σ, in primis ſyllabis.

υς — χρύσεος, λύσανδρος φυσάω, μύσιος. — Corripiunt. — Ἠλύσιος, ἠλύσιος, θύσανος, τιθύσιος. A λύω ſiue λύσις, compoſita quędam producuntur, vt λυσίπονος, λυσιμελὴς, λυσιμέριμνος, λυσίζωνος. Alia verò corripiunt, vt λυσιπήμων. id quod contingit ratione ambientium, vt docebitur ſuo loco in regulis libertatis poëtarum.

τὸ υ, ANTE OMNES CONSONANTES
in primis ſyllabis, & omnibus antepenultimis.

β υβ υγ υδ υθ υκ υλ υμ υν υπ υρ υτ υφ υχ

υβ | κυβιστάω, ϑαλθύβιος, &c.

υγ | συγηρός, ὑγιής, ὠγυγήν. | Producunt. | θυγάτηρ potiſſimum in obliquis occaſione breuium multarum ſequentium. Adde πυγίζω, γύγαιος, μυγαλῆ.

υδ | κυδοιμός. | Producunt. | πυδάω, κυδαίνω, κυδιόω, κύδιμος, κυδάλιμος, μυδαλέος.

υθ | κύθηρα ἐρυθαίνω. | Producunt. | πύθιος, μυθῦμαι cum ſuis compoſitis, cuiuſmodi ſunt παραμυθῦμαι, παραμύθιον, ψιμμύθιον, ἐρυθιόω, πυθαγόρας, πυθιδών.

υκ | πυκινὸς μυκῆναι γλυκερός. | Producunt. | φυκίον, φυκιόεις, μυκάομαι, μυκηθμὸς, ἐρυγχάνω, ἐρυκανάω.

υλ | φυλάττω, ὑλάω, ὑλακτέω. | Producunt. | συλάω, συλεύω, θύλακος, θυλακὶς, θυλακόεις, σκύλομαι, κογχύλιον, φυλείδης, φύλοπις, ὑλαῖος, ὑλακόεις, ὑλακίδης, ὑλακόμωρος, σφονδύλιον herba apud Homerum, Et σφονδύλειον ob longas ambientes apud Nicandrum, cùm apud eundem ſubinde σφόνδυλος penultimam corripiat.

υμ | πύματος κύμινδις. | Producunt. | Pronominis ſecundæ perſonæ caſus plurales cum ſuis deriuatis poſſeſſiuis ὑμεῖς ὑμεῖς, ὑμέων ὑμῶν, ὑμέας ὑμᾶς, ὑμέτερος. Adhæc θυμῦμαι, ἐνθυμῦμαι, ἐνθύμημα, θυμαίνω, θυμώδης, θυμῆρες, κυμαίνω, κυμαῖος, λυμαίνω, ἀμυμώνη.

υν | δύναμαι, κυνέη, κυνικός. | Producunt. | Βιθυνία, γρύνιος, & nonnulla interdum à σὺν vel ξὺν compoſita, ratione liquidæ ſiue immutabilis, vt ξυνίημι, συνεχὲς, ξυνίον id eſt xenium, ξυνόω.

υπ | κύπελλον, κυπαρίσσος | Prod. — λυπέομαι, γρυπόω, γρύπωσις.

υρ | μαρτυρία, ψιθύρισμα, θύριον γυρῖνος. | Producunt. | Μυρία, μυρίος, κύριος, κυρῶν, γυρόω, γυραῖος, κυρῖνος, μύραινα, πλημμυρία, πλημμυρέω, πυρίτης, & quædam à πῦρ compoſita, vt πυραμὶς, πύραμος, πυραίχμης. Alia corripiunt, vt πυρά. πυράγρα, πυράγμων, alia præterea variant ſeu indifferentia ſunt, vt πυραυγὴς, πυρῶν. Adde συρίζω, φυράω, τυρόεις, σφύραινα.

υτ | ἐρύτηρος, φυταλεύω, σκυτάλη | Prod. — ἀϋτέω, φυτάλμιος, φυταλιὰ, ἀτρυτώνη.

υφ | τυφωεὺς, τρυφάλεια | Producunt — τύφομαι, εἰλυφάζω, κωλύφιον.

υχ | τύχιος, ὑποβρύχιος | Producit — βρυχανάω.

τὸ υ, ANTE VOCALES IN PRIMIS
& omnibus antepenultimis ſyllabis.

Y ante vocales in primis & antepenultimis ſyllabis corripitur, vt ὕαινα, μυιοκτόνος, ἰυώδης, γηρυόνειος, κυανῶπις, κυανὸς, notabis tamen κυανος. quia quoties vocalis breuis ſequitur αν, τὸ υ ante αν extenditur, vt κυανοχαίτης, κυάνεος. per regulam exceptionis proximè ſequentem.

OPPO

OPPOSITIO.

Producunt τὸ υ, ante vocalem in antepenultimis ſeu primis ſyllabis, κυάνεος, κυανοχαίτης, ὀνάλος, μυελὸς, πύελος, μυοδόκος, μύουρος, αἰσυήτης, Iliad. ν. πυετίν, ὑετὸς, πλατυάσδω apud Theocritum.

το` υ, IN PENVLTIMIS ANTE
Conſonantes omnes.

μ	νσ
υσ	τῦτ' ἔςι, μακρὸν τὸ υ, πρὸ τῦ σ, ἐν ταῖς παραληγούσαις συλλαβαῖς, id eſt, Longum eſt υ, ante σ, in penultimis ſyllabis, vt ῥυσὸς, χρυσὸς, χαμβύσης, φῦσα, διώνυσος. Quanquam hoc poſtremum apud Homerum & Orpheum aliquoties per ω μέγα, & aliquoties per ο μικρὸν ſcribitur non raro σσ gemino, διώνυσσος & διόνυσσος.

OPPOSITIO.

In υσις deſinentia verbalia excipiuntur, ſiquidem υ ante σ, in penultima corripiunt, vt χύσις, λύσις, φύσις, quod poſtremum legitur penultima breui apud Orpheum in opere de lapidibus capite de Curalio. Cæterùm in principio hymni quem ſcripſit εἰς φύσιν, id eſt in naturam, legitur in vulgatis codicibus, φύσις παμμήτειρα θεὰ πολυμήχανε μῆτερ. id eſt ô natura ſagax genitrix noſtra ô dea certè, Cunctorum alma parens circunſpectiſsima mater. Itaque in Græco carmine legendum quoque eſt ὦ φύσι παμμήτειρα, &c. vt ὦ φύσι dactylus ſit, non trocheus, nec pyrrichius, quos pedes reſpuit Heroïcum carmen. Id præterea eſt argumento, quòd alij eiuſdem hymni quos ſcripſit εἰς αἰθέρα, εἰς τυφῶνα, εἰς Νηρέα, εἰς δικαιοσύνην, habeant quoque initium ab ὦ. Et quanquam Orpheus, huiuſce nominis φύσις corripit ſubinde penultimam, Demetrius tamen Moſcus in opere ſeu poëmate de Helena & Alexandro, eandem producit. nec mirum: ſiquidem φύω verbum, indifferens υ habet.

το` υ, IN PENVLTIMIS ANTE
Conſonantes omnes.

β	υβ υγ υδ υθ υκ υλ υμ υν υπ υρ υτ υφ υχ		
υβ	κύβος, ἀλύβη	Producit — ὑβός.	
υγ	φυγὴ, μαρμαρυγὴ, ζυγόν.	Producunt.	πυγὴ, τρυγὼν, ὀλολυγὴ, ὀλολυγὼν, γύγης, ἀμαρυγὴ, λαιστρύγων, ἴυγή.
υδ	κλύδων, ἀμυδις.	Producunt.	κῦδος, τυδεὺς, λυδὸς, ἐρικυδὴς, φερεκύδης, βοτρυδὸν, ἄβυδος. Indif. ὕδωρ.
υθ	ἐγγύθι, σκύθες.	Producunt.	μῦθος, ζῦθος, βυθὸς, πύθω verbum, & πυθὼ nomen.
υκ	γλυκὺς, μύκυς.	Producunt.	πρύκω, βρυκὸς· σῦκον, συκῆ· φῦκος, φυκὶς, κέρκυρα. Indifferens ἐρύκω.

μορμύλος

υλ	μορμύλες, σκύλαξ, σύλος, ſiquidem finita in υλος nomina corripiũt υ, eo modo quo deſinentia in ιλος corripiunt ι.	Producunt.	στῦλος, ὕλαξ, ὕλη, μυλεὺς, φυλὴ, τύλη, κέτυλα, ἰριφύλη, ἄσυλον, χυλὸς, φυλῶ, φύλαξ, φυλεύς. Et ſubſtantiua nomina diſyllaba in υλον deſinentia qualia ſunt σκῦλον, φῦλον, à quibus excipies ξύλον.
υμ	θύμος, ὑμὴ, πολυώνυμος apud Theocritum. Idem iudicium de reliquis ab ὄνομα compoſitis, vt ὁμώνυμος, & Iliad. μ. δυσώνυμος, & verbalia finita in υμα, vt πλύμα, χύμα, & quanquam κῦμα & θῦμα producunt υ, per regulam huic oppoſitam, corripit tamen ἔρυμα cum aliis fortaſſe id genus. parum enim hic conuenit inter grammaticos. Quidam enim tradunt, diſyllaba nomina in υμα corripere υ, in penultima, vt χύμα, θύμα, πλύμα, demptis χῦμα, λῦμα, θῦμα quæ dialecto extenduntur. Alij tradunt, neutra nomina in μα purum deſinentia, quia ſunt eiuſdem ordinis & naturæ cum maſculinis in μος à præterito perfecto deriuatis, productam habere penultimam, vt λῦμα, χῦμα, ῥῦμα, θῦμα, à quibus excipienda quæ veniunt à præteritis paſſiuis verborum in μι deſinentium, cuiuſmodi ſunt θέμα, δόμα, quibus addes στόμα. Item quæ μα purum non habent, qualia ſunt βρέγμα, δόγμα, quòd ea penultimam natura breuem ferè habeant, tametſi poſitio extendit.	Producũt.	κῦμα, θῦμα, σύμηθον. Et aliquoties, λύμα τὰ εἰς μα (inquit etymologicus autor) διςύλλαβα τὸ υ. παραλητγόμενα, συστέλλει αὐτὸ, οἷον, χύμα, πλύμα, θύμα. σεσημείωται τὸ κῦμα. τὸ γὰρ λῦμα ποιητικῶς ἐκτείνεται. τὸ δὲ θῦμα ἱστορεῖ Α'ριστοκλῆς ἐν τῷ περὶ διαλέκτου ἐκτεινόμενον. Producunt & κύμη id eſt aceruus λύμη, ἀμύμων, θυμὼν, στρυμών. Adde in υμος deſinentia diſyllaba cum ſuis cõpoſitis, vt θυμὸς, πρόθυμος, ῥάθυμος, ῥυμὸς, κρυμὸς, χυμός. dico χυμὸς producere penultimam, quia in μος finita nomina maſculina quæ à prima perſona præteriti perfecti paſſiui deducuntur, penultimam prorſus producunt aut naturâ aut poſitione, id quod appatet in δεσμὸς, quod fit alioqui à δέδμαι aſſumpto σ, vt poſitione longa ſit penultima, quia non potuit longa eſſe naturâ. Alia penultimam ancipitem in natura longam vertunt, vt τέθυμαι θυμὸς, λέλυμαι λυμὸς, ἔῤῥυμαι ῥυμὸς, κέχυμαι χυμός. Producunt & plurales caſus pronominis ſecundæ perſonæ, cum poſſeſſiuis quæ ab ipſo deducuntur, nimirum ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς, & ὑμὸς, eo modo quo & ὑμέτερος. Adhæc verborum in υμι themata cum eorundem perſonis, de quibus ſuo loco in regulis quantitatis verborum. Indifferens νώνυμος.

υν	βρητοσύνη, δικαιοσύνη, κορύνη. Quia polyſyllaba in ύνη deſinentia, υ in penultima breue habent: diſyllaba contra υ producunt, vt μύνη, φρύνη, à quibus excipiendum γυνή, vt docetur apertè ſatis in regula oppoſita. Nicander tamen ſemel in alexipharmacis produxit υ, in κορύνη. Corripiunt υ, & κυνὸς, κυνὶ, obliqui videlicet qui fiunt per ſyncopen à κύων.	Producũt.	βιθυνός. Nam aiunt nõnulli in υνος deſinentia polyſyllaba, υ extendere. Id quod verũ in vniuerſum eſſe nõ poteſt. Siquidem κίνδυνος vt producat penultimam eo modo quo producit ἀτύνθυνος, πάχυνος & ſeruata proportione aliorum,

liorum, vt Atticis ῥόθωνες extendat υ. At certè πίσυνες, χθόσυνες, & alia fortaſſe nonnulla, quæ tu venaberis ipſe accnrata è lectione poëtarum, corripiunt. Producunt præterea δίκτυννα, γρυνεύς, μαρανδυνὸς, χορτυνὶς, τύνη Doricè dictum pro σὺ, ὕνις, φορκυνὶς, οἱ κῦνες. Adde diſyllaba in υνος vt φρῦνος, θῦνος præter πλυνός. Producunt & ἀνώδυνος, λάγυνος, ὀρκῦνος, πάχυνος. His accedunt in υνη diſyllaba, vt φρύνη, μύνη, βύνη, quorum mentionem fecimus in regula huic oppoſita, à quibus excepimus γυνὴ corripiens τὸ υ. Idque cum ſuis compoſitis, cuiuſmodi eſt ἀνδρόγυνος cum aliis. Prodncit & δύνω cum verbis polyſyllabis penacutis in υνω finitis, vt εὐθύνω, ὀτρύνω, μολύνω. His adde ξυνὸς, ἐπίξυνος cum ſimilibns à ξυν compoſitis, de quibus ſuo loco.

υπ | ῥύπος, κτύπος. | Producunt. | λύπη γρῦπος ſeu γρυπὸς, οἱ γῦπες & ταϋγετες apnd Homerum in hymnis.

υρ | μύρον, πορφύρα, λύρα, σφυρόν. | Producunt. | Σκῦρος inſulæ nomen πυρὰ, πυρὸς, τυρὸς per regulam diſyllaborum acutitonorum in ρος deſinentium, quæ ſi υ in pennltima habeant, illnd producunt, quibus addes κῦρος, ἄγκυρα, γέφυρα, ἁλμυρὴς, γυρὸς, γυρὴ, κορκύρα, κινύρα, λάφυρα, ὀλύρα, νίσυρος, μελίγυρις, ὀνόγυρος, πίτυρα, πίσυρος, πλημμυρὶς, σύριγξ, τυρῶ, σφύρα, id eſt malleus. Nam σφυρὸν pro planta pedis, vt & accentus indicat, τὸ υ corripit cum ſuis compoſitis, cuiuſmodi eſt καλλίσφυρος, &c. Producunt τὸ υ & deſinentia in υρος nomina acutitona, quæ antepenultimā longam ſiue natura ſiue poſitione habent, vt ὀϊζυρὸς, ἰσχυρός. Sic docent artium ſcriptores: ſed cautius animaduertendum non omnia id genns producere penultimam. Siquidem Homerus & Orpheus in ἁλμυρὸς, eandem corripiunt, in υρω, & υρομαι deſinentia verba penultimam qnoque producunt, vt σύρω, φύρω, κύρομαι, μύρομαι & ſimilia. Notabis, τὰ διὰ τοῦ υρω ῥήματα βαρυνόμενα μὲν, ἐκτείνει τὸ υ. περισπώμενα δὲ, συστέλλει. κύρω, κυρῶ. φύρω, φυρῶ. πύρω, πυρῶ.

υτ | φυτὸν, κλυτὸς, ἦυτε. | Producunt. | Σκῦτος, ῥυτὸς, ἀδάκρυτος, βυλυτὸς, ἀλίτρυτος, κωκυτὸς, ξῦτὴ, βήρυτος, ῥυτὴ, ῥύτωρ, λύτωρ, γωρυτὸς, μηνύτωρ & ſimilia producunt τὸ υ. Nomina quoque à verbis penultimam longam habentibus deducta verbalia in υτης, υτηρ, υτις, deſinentia, vt πρεσβύτης, μηνυτὴς, μηνυτὴρ, πρεσβῦτις.

υφ | τρυφὴ, κορυφὴ, κύφος oppidum. ὄσυφος. | Prodnnt. | τῦφος, στῦφος, στύφω, κυφός. id eſt incuruus, κύφων, κέλυφος,

υχ | τύχη, βρύχα & ὑπόβρυχα aduerbia. | Producunt. | τυχὴ, τεῦχος, σκαμψῦχος, βρυχὴ, ἐριβρύχας & ab ὀρύσσω ſeu ὀρύττω, ὀρύχω ve compoſita nomina, vt τοιχωρῦχος, τυμβωρῦχος. Adde verba in ύχω deſinentia, ψύχω, τεύχω, βρύχω.

ΤΟ` Υ, IN PENVLTIMIS ANTE VOCALES.

Y ante vocales in ſyllabis penultimis corripitur, vt κρύος, δίκτυον, ταιύω, μεθύω. Nota μεθύω cum ſimilibus: ſiquidem verba in ύω deſinentia, penultimam præſentis non raro indifferentem habent, vt & quamlibet aliam ancipitem, vt docet autor etymologiarum his verbis. τὸ θύω καὶ λύω καὶ ῥύω, κατὰ μὲν τὸν ἐνεστῶτα ἔχουσι καὶ μακρὸν, καὶ βραχὺ τὸ δίχρονον. κατὰ δὲ τὸν μέλλοντα, ἀεὶ μακρόν. ἐν δὲ τῷ παρακειμένῳ συστέλλει αὐτὸ, τέθυκα, καὶ λέλυκα, ὁμοίως καὶ ἐν τῷ παρα-

ενεστικῷ

θητικῷ παρακειμένῳ, τὸ δὲ θῦμα, καὶ λῦμα ἐκτείνουσιν ἀττικοί. At futuri & temporum à futuro deſcendentium penultimam extendunt ſepiuſculè, vt docetur in capite incrementorum. Adde ἀμφιτρύων, quia eius genitiuus fertur in ωνος per regulam quæ proponitur in capite incrementorum de quantitate penultimæ vocalis, alioqui ancipitis nominum in ων deſinentium.

OPPOSITIO.

Producunt τὸ υ, ante vocalem in penultima πῦος, κῦαξ, σῦαξ, ὀϊζυῶ, θυὰς, μύω, μυὼν, μύωψ, ὕω. in ύω verba quæ ante υ, duas conſonantes, aut vnam ex duplicibus habent: Aut præcedentem aliàs ſyllabam longam, vt ἰδρύω, ποιπνύω, πλύνω, ξύω, ἡμύω, ἐρητύω, ὠρύομαι, μαρύομαι. Indifferenter tamen vſurpari bonam partem ſequentium notabis, λύω, βρύω, θύω, ἀρύω, ἐρύω, ῥύομαι, δακρύω, κωκύω, δύω, φύω, μηνύω, ἀνύω.

τὸ υ, IN VLTIMIS.

μ ——— υρ

υρ | τοῦτ' ἔστι μακρὸν τὸ υ, πρὸ τοῦ ρ, ἐν ταῖς λεγούσαις δηλονότι συλλαβαῖς, Hoc eſt longum eſt υ ante ρ, in vltimis videlicet ſyllabis, vt ὁ μάρτυρ, τὸ πῦρ.

τὸ υ, IN VLTIMIS.

β ——— υ ——— ιυ ——— υς | τοῦτ' ἔστι, βραχὺ τὸ υ γυμνὸν, καὶ πρὸ τοῦ ν, καὶ τοῦ σ, ἐν ταῖς λεγούσαις συλλαβαῖς, hoc eſt, breue eſt υ nudum, & ante ν, & ante σ, in vltimis ſyllabis. Nudum voco υ, cùm nulla ſequitur conſonans in eadem ſyllaba & dictione.

υ | σὺ, ἀντικρὺ. Producunt. τύνη Doricè dictum pro σὺ, aduerbia quæ enunciantur ἀνάρθρως, id eſt, nullis articulis antecedentibus. Cuiuſmodi eſt γρῦ aduerbium grunnientis apud Ariſtoph. in Pluto. Et ὖ ὖ aduerbium olfacientis apud eundem in eodem opere. Adde ἀντικρὺ quod volunt fieri ab ἀντικρὺς, cuius υς vltima corripitur. Proinde nonnunquam apud Hom. eandem retinet quantitatem ἀντικρὺ, nimirum vt vltimam corripiat, vt Iliad. ε. ὄ μ' εἴασε μακάρεσσι θεοῖς ἀντικρὺ μάχεσθαι, id eſt. Nec finis haud clam me cum diis pugnare beatis. At cùm in eodem libro, & aliis frequentiſsimè in libris eiuſdem autoris producatur υ, dicemus eſſe indifferens in ἀντικρύ. Non deſunt tamen qui dicant aduerbia in υ deſinentia, corripere τὸ υ, vt μεσηγὺ, μεταξύ. Dempto ἀντικρύ. Producunt τὸ υ, μυ, νυ literarum nomina, & υ, in fine obliquorum caſuum huius nominis φόρκυς. Adde tertias perſonas verborum in μι, deſinentes in υ, vt ἔφυ, ἔδυ, quę abiecto per apherefin, augmento circunflectuntur φῦ, δῦ. Sic δαίνυ, κατέδυ, cum ſimilibus, quia, vt dixi, quæ à verbis in μι deducuntur, τὸ υ, in vltimis trium perſonarum ſingularium præſentis, præteriti imperfecti, & ſecundi aoriſti vocis actiuæ extendunt, vt ſuo capite abundè ſatis tractatur.

 Id eſt,

νν | Id eſt, breue eſt υ ante ν, vt νὺν cùm eſt cõiũctio expletiua, vnde fit τοίνυν, id eſt igitur: ſic τὸν βαρὺν, τὸ ζευγνύν. | Producunt. | Δικατάληκτα, id eſt bitermina vel potius duarum terminationum nomina, φόρκυς καὶ φόρκυν, μόσυς καὶ μόσυν. Adde νῦν nunc, aduerbium. Et accuſatiuos in ν, deſcendentes à rectis in υς, vltimam longam habentibus, cuiuſmodi ſunt μῦν, ἰλύν. Huc accedunt & primæ perſonæ in υν deſinentes, quæ ortum ducunt à verbis in μι, vt ἔφυν, ἐζεύγνυν.

υς | πῆχυς, ὀξὺς, βαθὺς, ἄδακρυς, per regulam grauironorum in υς deſinentium, quæ ſiue vnius generis ſint ſiue plurium, vltimas corripiunt. Id quod faciunt adiectiua quoque acutitona, vt βαθὺς, ὀξὺς, ταχὺς, τραχὺς: at ἰχθὺς Oppiano eſt indifferens. | Producunt. | Vnius ſyllabæ nomina, vt μῦς, σῦς, itidem ἀχλὺς, ἄρκυς. cum aliis ſubſtantiuis omnibus tam circumflexis, quàm acutitonis per ος parũ declinatis, vt ὀφρῦς, νηδῦς, ἰλὺς, ἰχθὺς, hoc tamen poſtremum apud Oppianum vltimam habet indifferentem. His adiice diminutiua in υς, vt Διονῦς, κεμμῦς, & ſimilia. Adde participia quoque actiua generis maſculini à verbis in μι deducta, vt ὁ ζευγνύς. Huc accedũt & δικατάληκτα, vt μόσυς, φόρκυς. De quantitate tamen recti nominum in υς vel υν deſinentium, grammatici certant: at notabis obliquorum eorundem nominum quantitatem, de qua ſuo loco, nimirum in regulis incrementorum.

CANONES LIBERTATIS POETARVM

Græcorum, quibus vtuntur, nimirum vt eà ipſis conceſſâ licentiâ, carmen ipſorum liberius fluat.

Omnis ſyllaba claudens verſum cuiuſcunque generis, cenſetur media, id eſt indifferens, ita vt breuis pro longa, & longa pro breui ſumatur, vbi lex propoſiti carminis id exegerit tam apud Græcos quàm apud Latinos, vnde apud Homerum Iliados α.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος, Id eſt,

Muſa mihi memora iram quam cauſatur Achilles.

Vbi ος natura breuis extenditur in fine verſus græci. Alia exempla paſſim obuia ſunt in verſibus & Græcis & Latinis, quibus huiuſce regulæ conſtantiam poſſis ipſe tuâ induſtriâ comprobare.

Η, Ω ET OMNES DIPHTHONGI QVA

libertate à poëtis mediæ quantitatis ſeu indifferentes & communes vſurpentur.

Vocalis longa naturâ η, ω, & omnis diphthongus, ſequente alia vocali tam in eadem dictione quàm in diuerſis dictionibus fit indifferens, ac proinde non raro correpta legitur. Exempla longæ correptæ ob vocalem continenter ſequentem crebra ſunt apud Homerum, vt Iliad. λ.

ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ· id eſt,

Vt lignoſam in ſyluam ignis cùm labitur ardens. Et Iliad. ζ.

ἀλλ' ἅμα πάντες

Ἰλίου ἐξαπολοίατ' ἀκήδεστοι καὶ ἄφαντοι. id eſt,

Sed

Sed pereant omnes neglecti cum Ilio & ipſi,
Sic vt eorum nec cinerum veſtigia reſtent
οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκόοργος· id eſt,
Haudque Dryantis proles armis nata Lycurgus. Et Odyſſ.ν.
ἱέρευον δὲ σύας, σιάλους, καὶ βοῦν ἀγελαίην· id eſt,
Mactabántque ſues, aproſque bouémque gregalem.

Hoc quoque fit nonnunquam ante conſonantem poſitam in principio, vtpote ſequentis dictionis. Homerus Odyſſ.β.

εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν id eſt,
Quòd ſi quãdo redibo domũ, in patriam mihi charam. Phocylides,
τούς τε καταχθονίους σέβου δαίμονας οὔνομα ῥέζων.
Fac venerans quæ ſubterreſtria numina poſcũt. Et Orph. in hymnis,
ἡνίκ' ἂν ὁρμαίνοντα χολούμεθα ἀνθρώποισι· id eſt,
Quando homines vexant furiis atque ira impulſæ.

Sed rara inuentu eſt eiuſmodi licentia, & potius notanda quàm imitanda. Nam ſi conſonans ſequatur, manent productæ ſæpius. Quid dico ſæpius, cùm id habeant ingenitum & naturale vt extendantur ante conſonantem præcipuè? niſi poëtis placeret aliquando diſcedere à recto tramite, germanóque ductu naturæ. At animaduertendum eam conſonantem quæ pro nihilo in hac poëtica libertate habetur, vnam eſſe fermè ſemper ex nouem mutis. Producuntur & ſequente vocali, ſed potiſſimum ſæpiúſque diphthongi. Hom. Iliad.α.

τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσι· id eſt,
Dent Danai Pœnas lachrymarum phœbe mearum,
Idque tuis grauibus telis: immittito peſtem. Iliad.γ.
μείων μὲν κεφαλῇ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο.

Quem verſum non ſpondaicum ſed dactylicum facimus, ſic,
Qui Atride minor hic capite eſt Agamemnone, dic, quis? & alibi
σκῆπτρον δ' οὔτ' ὀπίσω, οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα· id eſt,
Sceptrum non retrorſum non antrorſum agitabat. Et Iliad. λ.
Τρῶες δ' ὀρίνονται ἐπιμὶξ ἵπποι τε καὶ αὐτοί· id eſt,
Turbantur mixtim cum turba Troes equorum. Aratus.
καί ποτε καὶ κέπφοι ὁπότ' εὔδιοι ποτέονται· id eſt,
Tranquilli Cepphi cùm per maria alta volarint, &c.

Diphthongi αι & οι in clauſula, ſi ſpectes rationem accentuum, ſemper longæ ſunt in optatiuis, in datiuis cõtractis, in aduerbiis. Et ſi Gazæ crederemus in nominatiuis pluralibus inflexionis primæ diphthongus αι, vt αἰνέαι. (Exemplaria tamen paſſim repugnant, in quibus ſcribitur αἰνεῖαι vt αι, habeatur loco breuis.) In optatiuis, vt τετύφοι, ποιέοι, ποιήσαι. In contractis datiuis, vt αἰδοῖ, λητοῖ. In aduerbiis, vt οἴμοι, οἴκοι, χαμαί. Excipe ab aduerbiis in αι deſinentibus πάλαι ac πρόπαλαι. In carmine tamen eadem licentia cum ſuperioribus inuenio apud Homerum indifferentes eſſe vocali ſequente. Iliad.α.

οὕνεκ' ἐγὼ κούρης Χρυσηΐδος ἀγλά' ἄποινα
οὐκ ἔθελον δέξασθαι, ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν
οἴκοι ἔχειν, &c. id eſt,
Quòd Chryſeidis abnuerim capere illa puellæ
Munera perſplendentia, queis pater hanc redimebat.
AEdibus in noſtris quia mallem hac ipſe potiri.

In quibus verſibus perpendes οἴκοι habere vltimam licentia correptam. Tu vero alia exempla deprome tua ipſius induſtria ex claſſicis autoribus Græcis, qui aliquid lectione dignum verſibus ſcripſeruut.

ADDITIO.

Adde communem Hepheſtioni fieri ſyllabam tribus modis, Aut cùm longam vocalem, aut ancipitem productam, aut diphthongum ſubſequitur vocalis, vt apud Homerum. Odyſſ.α.

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλὰ
πλάγχθη, ἐπεὶ τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε·
πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω. Id eſt,
Dic mihi Muſa virum qui expertus multa, labores
Errando tulit & varios poſt eruta Troiæ
Mœnia: multorum mores qui nouit & vrbes. Et Iliad.Δ.
τοῦ κέρα ἐκ κεφαλῆς ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει. Id eſt,
Palmorum è capite huic ſexdenûm cornua ſurgunt.

Facilius igitur fit eiuſmodi ſyllaba cōmunis, ſi ea quidem ſyllaba claudat & terminet dictionem, vt in propoſitis exemplis, Rarius autem in medio corpore dictionis. Aliquando tamen inuenitur & potiſſimum in aliis generibus carminum. In carmine quidem Iambico. AEſchylus in Niobe.

οἶστρος | τοιαῦ | τυς παρ | θένου | λοχᾷ | ἔπαι. Id eſt,
Componit OEſtrus inſidias huic virgini.

Et in Ionico à maiore Sotadæ ex Adonide hoc.

τίνα τῶν παλαι | ῶν ἱστορι | ῶν θέλετ' ἐσακοῦσαι. Id eſt.
Quam è priſcis hiſtoriis vultis audire.

Secundus eſt modus, quando breuem aut correptam vocalem ſubſequuntur in ſyllaba ſequente duæ conſonantes, quarum prior ſit muta, poſterior vero liquida vt ὅπλον, ἄκρον.

πάτροκλέ μοι δειλῇ κεχαρισμένε. Id eſt,
O Patrocle qui mihi afflictę gratus es.

Quando verò prior duarum conſonantium ſemiuocalis fuerit, non amplius communis eſt propoſita vocalis ſed omnino longa. Pręponitur autem ſemiuocalis liquidæ: τὸ μ. quidem literæ. ν. vt ἀμνός. τὸ σ. verò literæ. μ. vt ἱσμός. Et τὸ σ. literæ. λ. κατὰ πάθος, vt in nomine Ἀμάσλης. Et raro literæ. ν. vt in nomine πάσνες & Ἄσνης. Quæ nomina apud Xanthum inueniuntur in Lydiacis. Ex. μν. conſtructio, fecit alicubi etiam breuem vt apud Cratinum, ἐν πανόπταις.

Ἀλλοτρίων γνώμαις ἐπιλήσμοσι μνημονικοῖσι. Id eſt,
Aliena ſequentibus conſilia, obliuioſis, his qui tenaci ſunt memoria.

Et apud Epicharmum in Megaride.

Εὔυ | μνος· καὶ | μουσι | κὰν ἔ | χοισα | πᾶσαν | φιλολυ | ρος ἠχή. Id eſt,
Iuſtis laudibus virtutis plenus, & muſicam complectens vniuerſam
lyræ gratus ſonitus.

Et apud Callimachum.

Τῶς μὲν, ὁ | μνησάρ | χειος ἔ | φη ξεῖνος. Id eſt,
Sic quidem Mneſarchius dixit hoſpes.

Et ſi certè quidem muta claudat priorem ſyllabam, liquida verò ſit litera princeps ſecundæ, non amplius fit communis ſyllaba, ſed planè longa. Vt apud Alcœum.

Heroïcus exameter.

Ἔκ μ' ἐλά | σας ἀλ | γέων. | Ἔκ β' ἄσα | μίνθω, | βάντες. Id eſt,
Expellens me dolens. E balneo vtique egredientes.

Dicit

Dicit autem Heliodorus literam. μ. poſtpoſitam mutæ, minus quàm aliæ liquidæ communes in carminibus facere ſyllabas. Ob id etiam Cratinus in Chironibus, verſu luſit, qui eſt Heroïcus exameter.

„ σκῆψιν | μοὶ χεί | ρωνες ἐ | λήλυμεν | ὡς ὑπο | θήκας. Id eſt,
In fictionem quidem chirones abiimus vt in conſilio dando admonitiones.

ἐλήλυμεν Atticè pro ἐληλύθαμεν vel ἐληλούθαμεν, &c. Et apud eundem Cratinum in Panoptis.

Heroïcus exameter.

κράνια | δισσὰ φο | ρεῖν ὀ | φθαλμοὶ | δ' οὐκ ἀρι | θματοί. Id eſt,
Capita duo ferre oculi verò innumeri.

Et rurſum in horis Heroïcus exameter.

οὐδὲ πρὸς | ὤπος ἄρ' | ἦν οὐ | δὲν προσι | δόντι τε | κμαρτόν. Id eſt,
In facie nullum ſignum fuit aſpicienti.

Apud Achæum in Cigno Iambicus trimeter Acatalecticus.

κύκνου | δὲ πρῶ | τα πρὸς | δόμους | ἐλή | λυμεν. Id eſt,
Cigniſque primùm nos in ædes iuimus.

Apud quem legitur & ſecunda perſona,
Iambicus trimeter Acatalecticus.

τοιοῦ | δε φω | τὸς πρὸς | δόμους | ἐλή | λυτε. Id eſt,
Huiuſcemodi viri in domos is iuerit.

Cratinus in Cleobulinis
Heroïcus exameter.

„ ἔστιν ἄ | κμων καὶ | σφυρὰ νε | ανία | ἔντριχ | πώλῳ. Id eſt,
Is qui ſuſtinuit nullos hucúſque labores,
Atque pedum teneris plantis eſt pullus equinus;
Concinnóque pilo & quem cuncti iure probarunt.

Nota ἄκμων in quo τὸ α. cùm breue debeat eſſe, propter. μ. ſequens tamen fit communis, ex eo quòd muta cùm liquida efficiant breuem, ancipitémque correptam communis ſeu indifferentis quantitatis. Proinde præſtiterit, quicquid dicat Hepheſtio, legere in verſibus ſuperioribus ἐληλύθαμεν. Tertius autem modus communis efficiendæ ſyllabæ, quando breuis ſyllaba terminat dictionem non ſubſequentibus conſonantibus longæ apud poëtas poſitionis, ſed aut vna aut nulla ſequente conſonante. Vt in Heroïcis exametris ſequentibus.

οἱ δὲ μέ | γα ἰα | χοντες ἐ | πέδραμον | υἷες ἀ | χαιῶν. Id eſt,
Valdè clamans incurſabat achiua propago.
αὐτὰρ ἐ | πεὶ Δανα | ῶν γένε | το ἰα | χὴ τε θρό | ος τε. Id eſt,
At poſtquam Danaûm factus clamórque ſonúſque.
Νέστορα | δ' οὐκ ἔλα | θεν ἰα | χὴ πί | νοντά περ | ἔμπης. Id eſt,
Neſtora non latuit clamor quanquam ille bibebat.
ἀλλὰ τά | γ' ἄσπαρ | τα καὶ ἀ | νήροτα | πάντα φύ | ονται. Id eſt,
Non ſata ſed nec arata quidem fert omnia tellus.
καὶ | μὲν | οἱ Λύκι | οι τέμε | νος τάμον | ἔξοχα | πάντων. Id eſt,
Omnium enim Lycij condunt altiſſima templa.

Hic communis ſyllaba & dictionis & pedis eſt vltima, in aliis verò exemplis ſyllabę communes terminabant quidem dictionem, ſed erant principes ſequentis pedis.

QVID

QVID DISSENTIANT LATINI *à Græcis vel potius Græci à Latinis in dimetiendis carminibus.*

Latini præcipiunt inter dimetiendum carmen, vocalem in fine dictionis elidendam eſſe, ſi in eodem verſu dictio continuè ſequens incipiat vel à vocali vel à diphthongo. Vt Albaníque patres atque altæ mœnia Romę. Et alibi, Tantæne animis cœleſtibus iræ? Item, Necdum etiam cauſæ irarum ſæuíque dolores,&c. Carthago Italiam contra,&c.Sic paſſim poëta Latinus. Græci contrà poëtę nuſquam exterunt neque vocalem neque diphthongum ex fine dictionis,ni prius illam omnino expungant, ac ſupra locum illius reiectæ,apoſtrophi notam inſcribant. Quotquot enim & vocales & diphthongi ſcribuntur in carmine Græco, tot proferuntur etiam inter metiendum. Quod quàm verum ſit commonſtrabit apertiſſimè hoc carmen Iliad.γ.

Ὠ γύναι, ἦ μάλα τοῦτ ἔπος νημερτὲς ἔειπες. id eſt,
O mulier libet hoc tibi verum dicere verbum.

In hoc mediusfidius verſu Græco neque αι neque ο inducuntur, hoc eſt expunguntur. Imò ne inter quidem metiendum eliduntur. Id quod Vergilius in quodam Bucolico imitatus dixit,

Et ſuccus pecori & lac ſubducitur agnis.

In quo verſu, ri, non expungitur, ſed excuſatur cæſura. Dixi paulò ante in verſu Græcanico vocalem ac diphthongum elidendam, deteri per apoſtrophum debere, vt Iliad.α.

Ἣ μυρί᾽ ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκεν. id eſt,
Iram dic, quæ inflixit Acheis mille dolores.

In quo verſu α bis obliteratur. Alia perſimilia exempla paſſim occurrunt apud Homerum & alios poëtas, quæ tu ipſe inter legendum ſtudioſè notabis.

DE CAESVRA.

Breuis naturâ in fine dictionis, ſi pedis ſit principinm in carmine Heroîco ſæpe per cęſuram, quàm Græci διακοπὴν vocant, producitur, ídque vbi quoque fit concurſus vocalium, vnde Homerus Iliados α.

Ἐλθοῦσ᾽ οὔλυμπόνδε δία λίσαι, εἴποτε δή τι. &c. id eſt,
Vt precibus ſcanſo cœlo nunc flectere poſſis,
Ipſa Iouem tentes, &c. Et Iliad α.
Τόξ᾽ ὤμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην· id eſt,
Arcum humeris geſtans circumtectámque pharetram. Et Iliad.γ.
Αἰδοῖός τε μοι ἐσσὶ φίλε ἑκυρὲ δεινός τε· id eſt,
Chare ſocer mihi tu reuerendus es & mirandus. Et Iliad.γ.
Στεῦται γάρ τι ἔπος ἐρέειν κορυθαίολος Ἕκτωρ· id eſt,
Verbum affirmat ſe facturum martius Hector. Et Iliad.ξ.
Οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον. id eſt,
Incurſant, magnis clamoribus omnia turbant.

Nec putandum cæſuram locum habere tantum poſt primum, ſecundum, tertium, ac quartum pedem, ſed & poſt quintum, vltimi nimirum pedis initio. Vnde Iliad.δ.

Ἶσα φίλοισι τέκεσσι χαριζομένη πόσεϊ θ᾽. id eſt,
Indulgens charis natis æquè atque marito. Et Iliad.γ.
Ἰδομενεὺς δ᾽ ἑτέρωθεν ἐνὶ κρήτεσσι θεὸς ὣς
Ἕστηκε. id eſt,

Idome-

Idomeneúſque Deo ſimilis cretenſia regna
Qui tenet, aduerſa conſiſtit parte locatus. Et Iliad. κ.
δίδυ δ᾽ ὅγε θυγατέρα ἥν· id eſt,
Dabat autem ille filiam ſuam.

Et quia permulta ſunt id genus apud Homerum exempla vel inter ſe diuerſa, Maximus Planudes facile pertractus in eam eſt ſententiam, vt ſcripſerit vltimam cuiuſcunque dictionis ſyllabam eſſe mediam, hoc eſt indifferentem. Aliis tamen (illius pace dixerim) atque aliis rationibus, talium permulta excuſantur, vt ſuis locis doceo quàm poſſum apertiſſimè: ſiquidem vna eadémque ſyllaba diuerſis rationibus producitur nonnunquam, & econtrariò nonnunquam corripitur. Id quod ſuis locis videas in hoc opere.

ΠΕΡῚ ΣΥΝΕΚΦΩΝΉΣΕΩΣ
ἤτι συνιζήσεως.

συνεκφώνησις, id eſt vocalium conuocatio, quæ & συνίζησις dicitur, hoc eſt coaleſcentia ab eiuſdem ſedis participatione. Figura eſt apud poëtas qua duę vocales aut diphthongi in vnam coguntur ſyllabam, non tamen diphthongum, quippe quæ non conſiderabitur vt diphthongus: vel, vt ait Hepheſtio. συνεκφώνησίς ἐστιν, ὁπόταν δύο συλλαβαὶ σύμφωνον μὴ ἔχουσαι μεταξὺ ἀλλήλων, ἀντὶ μιᾶς παραληφθῶσιν, id eſt. Quando duæ ſyllabæ nullam interiectam habentes conſonantem, pro vna ſyllaba ſumuntur. Vt autem docet Hepheſtionis ſcholiaſtes πάντως τετύχηκε τῶν ὀνομάτων τούτων, ὅτι ἡ φωνὴ ὑποθλίβουσα καὶ ὑποκλέπτουσά τι τῶν φωνηέντων, τὰς κακομετρίας ἀφαιρεῖ τῶν στίχων. ὅταν γὰρ φωνηέντων γίνεται ἀλληλοπάλληλος φορὰ, συνεκφώνησις γινομένη, καὶ ὑφιζάνειν ἀλλήλοις ποιοῦσα τὰ φωνήεντα, τὰς δύο συλλαβὰς εἰς μίαν συναιρεῖ, οἷον ἐπὶ τοῦ παραδείγματος τούτου. Ἰλιάδ. α.

ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν Ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχοντες.

τὸ θεοὶ, δισύλλαβον ὑποκλέψασα διὰ τὴν χρείαν ἡ συνεκφώνησις, τὸ μὲν ε. συνεξέθλιψε· τὸ δὲ οι. προσσυνεγκοῦσα, μονοσύλλαβον ἀντὶ δισυλλάβου πεποίηκε τοὔνομα, καὶ γέγονε θοι. τρόπον τινά. Id eſt. Omnino conſequuta eſt hæc nomina, quòd vox comprimens & ſuffurans aliquam è vocalibus, auffert malas verſuum dimenſiones. Quando enim vocalium fit alterna progreſſio, quæ inde naſcitur συνεκφώνησις, & quæ facit vt vocales aliæ cum aliis conſideant, duas ſyllabas in vnam contrahit, vt in hoc exemplo. ὑμῖν μὲν θεοὶ, id eſt Dij vobis dederint cœleſtia tecta tenentes. Dictionem θεοὶ ſupprimens propter vſum, συνεκφώνησις, τὸ ε. quidem compreſſit, cui diphthongum οι cum admonerit, monoſyllabum nomen è diſyllabo fecit & quodammodo facta eſt ſyllaba θοί. Fitque figura hæc ex duabus breuibus, ex breui & longa. Ex longa & breui. Et ex duabus longis. Apud Heſiodum ex duabus breuibus fit συνίζησις vt,

τοῦ κε κορεσσάμενος νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλοις· id eſt,
Auxeris hoc ſatiatus rixas, prælia, pugnam.

Ex breui & longa, vt Iliad. α.

χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς, id eſt.
Cum ſceptro aureo & omnes obſecrabat Achiuos.

Ex longa & breui, Vnde apud Heſiodum:

βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν ἐπηετανόν, αὐτὰρ ἔπειτα· id eſt,
Annũa ſunt mulis, iſthæc ſunt annua bobus, &c.

Ex duabus longis, vt libro Odyſſ. υ.

βουκόλ᾽ ἐπεὶ οὔτε κακῷ, οὔτ᾽ ἄφρονι φωτὶ ἔοικας· id eſt,

Vir malus & ſtultus non eſſe bubulce videris.

Et ſyllaba quæ per συνίζησιν coaleſcit aliquando producitur, & aliquando contrà corripitur. Placet autem grammaticis ἕως crebrò per συνίζησιν in vnam coaleſcere ſyllabam, & apud Homerum & apud alios poëtas. Etiam ante breuem quæ aliqua tamen ratione producatur. vt Iliad. κ.

Ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν· id eſt,

Interea dum talia mente & pectore verſat. Et Odyſſ. ο.

Διὰ δώματα ἕως ἵκοντο· id eſt,

Per ædes dum veniebant, &c. Et Iliad. λ.

Ἕως ὅτῳ πολέμιζε. id eſt,

Is dum quo cum belligerabat. Et Odyſſ. ν.

Ἀλλ' ἀναχασσάμενοι μῆχον πάλιν ἕως ἐπῆλθον· id eſt,

Sed cedentes dum rurſum mœchum innaſerunt.

Ni malis dicere amphibrachum loco, aut dactyli aut ſpondæi poſitum, ob temporum æqualem inter ſe dimenſionem. At cùm hæc carmina variam recipere poſſint metiendi rationem, de his plura dicemus in opere de generibus carminum.

FLEXA ET CONTRACTA

ſyllaba eſt longa.

Syllaba quæuis flexo accentu inſignita, Itidem & omnis contracta producitur naturâ, vt μῦς, σῦς, τὸν ἰνφυᾶ, τὸν ὑχᾶ, τῷ ὄφι τοὺς ὄφις. At quæ vocalis in fine dictionis contractione longa eſt, eadem quoque poteſt corripi ſequente vocali, vt paulo ante docuimus. Vnde Iliad. ξ.

Αὔδα ὅ,τι φρονέεις. id eſt,

Dic id quod cogitas, &c. Et Iliad. ν.

Φοίτα ἀνὰ προμάχους. id eſt,

Prima acie inter pugnantes, &c.

In epigrammate autem Parmenionis Macedonis conſtat ſatis non contractionem fieri ſed ſyncopen. His verbis,

Οἱ κόρις ἄχρι κόρυ κορέσθητί μευ, ἀλλ' ἐκορέσθην,
Ἄχρι κόρυ κ' αὐτὸς τοὺς κόρις ἐκκορίσας· id eſt,
Carne mea eſt mordax cimex & ſanguine fartus
Morte quoque infecti ſum ſatiatus ego.

Ad verbum autem ſic vertas. Cimices ad ſatietatem vſque ſatiate ſunt me. Sed ſatiatus ſum, ad ſatietatem vſque etiam ipſe cimices excimicans. Et in principio argonauticorum Apollonij.

Ἀρχόμενος σέο Φοῖβε παλαιγενέων κλέα φωτῶν
Μνήσομαι. id eſt,
Incipiens à te priſcorum facta virorum
Phœbe veham in cœlum: &c.

Propoſita exempla & id genus alia vel per ſyncopen, vel per apocopen fieri, nemo non, niſi prorſus mentis oculis captus, videt. Nam in epigrammate, κόρις pro κόρισσ poſitum eſt, ι per ſyncopen conciſo in priore verſu diſtichi: At in poſteriore κόρις pro κόριας dictum eſt, ſed α itidem per ſyncopen extrito. Deinde in verſu Apollonij κλέα pro κλέεα ratione non diſſimili, eliſo quippe conciſóve altero ε. Et apud Homerum

ἀνοκλέα ἄργος ἱκέσθαι· id eſt,

Méque inglorium in argos velle reuerti.

Vbi ε per ſyncopen extrito, δυσκλέα pro δυσκλέεα poſitum eſt. Et Odyſſ. τ. κέρα pro κέρατα, & ἦτα pro ἦτορ millies apud Homerum per apocopen legitur. Sed de his ſatis, pergamus ad reliqua.

DE POSITIONE.

Duæ pluréſve quæcunque fuerint conſonantes (ni ſint muta cum liquida, aut etiam liquida cum muta) & literæ duplices ζ, ξ, ψ. proximè antecedentem, aliàs breuem, ſyllabam, poſitione ſemper longam efficiunt, tam in vna dictione quàm in diuerſis dictionibus. Et cùm apud Latinos nulla fiat poſitio, quoties dictio deſinens in vocalem breuem, habet continenter ſequentem dictionem à duabus incipientem conſonantibus. Hoc certè loco nobis eſt oſtendendum, Græcos vocalem alioqui vel breuem vel ancipitem extendere poſitione duarum conſonantium aut literæ duplicis, & in vna dictione, & in diuerſis dictionibus. In diuerſis quidem vocibus bifariam, nempe cùm dictio deſinens in conſonantem habet continuè ſequentem dictionem incipientem à conſonante & ſic vocalis, quę breuis erat, proximè anteuertens, haud ſecus atque apud Latinos, ſit longa, vt loquuntur, poſitione. Aut cum ſit concurſus duarum dictionum, quarum prior deſinat in vocalem breuem, ea verò quæ continuò ſequitur, vel à duabus conſonantibus vel à duplici litera initium habeat. tum enim poſitionem locum habere ſequentia exempla dilucidè commonſtrabunt, tametſi non deſunt qui cæſuram eſſe contendant. Hom. Iliad. α.

μάντι κακῶν οὔ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας·
Α'εί τοι τὰ κάκ' ἐςὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι· id eſt,
Heus bone tu mala qui nunquam non vaticinaris,
Nec mihi verum vnquam voluiſti fundere verbum,
Omnia ſed ſemper mala gratum eſt vaticinari.

Notabis in primo verſu τὸ extendi poſitione, & in ſecundo verſu λα quoque vltimam nominis φίλα poſitione longam effici, ni velis cæſuram eſſe. Sic apud Heſiodum,

δεῦτε δὴ ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι· id eſt,
Huc properate Iouem patrem veſtrum laudantes.

In quo verſu τε producitur, ſyllaba quippe vltima vocis ἐννέπετε ob poſitionem duarum conſonantium, principium dictionis ſequentis conſtituentium, Et Iliad. α.

κλῦθί μευ ἀργυρότοξ' ὃς χρύσην ἀμφιβέβηκας,
κίλλαν τε ζαθέην, τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις, σμινθεῦ· id eſt,

Exaudi me Smintheu cui eſt argenteus arcus: Chryſen qui luſtras, & qui Cyllam quoque diuam Protegis: in Tenedo qui regnas fortiter, audi. Et Iliad. β.

Α'μφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον. id eſt,
Ille autem argentatum humeris circumiicit enſem, Orpheus,
Ε'ξοχα γὰρ μερόπων ἠγάζετο, id eſt,
Mire mortales admirabatur & ille. Callimachus,
Ι'ερά τε ῥέζουσι τὸ δὲ ςέφος ἤματι κείνῳ, id eſt,
Rem faciunt ſacram atque die illo texta corona. Idem,
πηνειὲ φθιῶτα τί νῷν ἀνέμοισιν ἐρίζεις, id eſt,
Cur Penee velis phthiota reſiſtere ventis.

At omnia fermè talia poſſunt aliis quoque rationibus in carmine excuſari, videlicet quia vel monoſyllaba ſunt, vel quia tum fiat cæſura. Notabis præ-

terea & permulta breuia manere correpta in fine, tametſi dictio ſequens vel à duplici litera vel à duabus conſonantibus initium habet, vt Iliad. lib. β.

οἵ τε ζάκυνθον ἔχον, id eſt,
Quique zacynthum habitabant. Et Iliad. δ.
Ἱερῆς εἰς ἄστυ ζελείης, id eſt,
In ſacra vrbe zelea, &c.

In ſumma, poſitio fit quinque modis. Aut enim fit cùm dictio deſinit in duas conſonantes vt τίρυνς, μάκαρς, ἅλς, Aut cum ſyllaba, ſequens breuem vocalem, incipit à duabus conſonantibus vt ἕκτωρ. (Obſeruabis tamen mutam cum liquida vt in ὑγρὸν communem facere ſyllabam antecedentem) Aut fit (vt ante dictum eſt) cùm ſyllaba deſinit in conſonantem: & proximè ſequēs incipit a conſonante, vt ἄλλος, Aut cùm ſyllaba deſinit in duplicem vt ἴξ. Aut cúm ſequentem habet vocalis breuis à duplici incipientem, vt ἔξω.

LIQVIDAE QVAE IMMVTABILES QVOQVE *dicuntur, ſæpe fiunt duplices.*

Liquidæ λ, μ, ν, ρ. quæ immutabiles quoque dicuntur, producunt vel ſolæ, ſed tamen tāquam duplices, vocalem proximè antecedentem, alioqui ſuapte naturâ breuem, ídque tam in vna eadémque dictione, quàm in diuerſis dictionibus vnde Homerus initio fermè primi Iliados in dictione ἰλώρια produxit ι ante λ. His verſibus·

πολλάς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
Ἡρώων, αὐτοὺς δ' ἰλώρια τεῦχε κύνεσσιν, id eſt,
Præmiſit generoſas orco animas tibi multas
Heroum, & canibus lanianda cadauera fecit.

Sic in ſequenti verſu.

ἱμερόεν κανάχιζε θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε, id eſt,
Suaue ſonat, ſed enim carmen Deus accinit ipſe. Et Iliad. χ.
πολλὰ λισσομένῳ ὁ δ' ἐκ ὀρέθυμον ἔπειθεν. id eſt,
Hectoris aſt animum non flexit multa petentis. Et Iliad. κ.
Ἦλθ' εἰς αἰόλου κλυτὰ δώματα, τὸν δ' ἐκίχανον· id eſt,
Conueni AEolum ego ſubiens inſignia tecta. Adhæc Odyſſ. φ.
Εὖ μὲν τόξον οἶδα ἐΰξοον ἀμφαφάασθαι. id eſt,
Sat ſcio me flexum arcum contrectare politum. Iliad. δ.
Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ σκοπιῆς εἶδε νέφος αἰπόλος ἀνὴρ
Ἐρχόμενον κατὰ πόντον ὑπὸ ζεφύροιο ἰωῆς· id eſt,
Vt fit cùm nimbum caprarius aduenientem
Ventorum flatu è ſpecula ponto aſpicit actum.

Et ο μικρὸν ante ν producitur in nomine διόνυσος ſic,

δῶρα διονύσου πολυγηθέος αὐτὰρ ἐπὴν δή· id eſt,
Poſtquam lætificantis multos munera Bacchi. Et Iliad. β.
Ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, id eſt,
Vóſque viri eſtis amici.

Alia exempla poſſis vel innumera ſuperaddere tua ipſius induſtria ſi videatur.

LIQVIDAE QVAE, ET QVOmodo liqueſcant.

Liquidæ (quas alia ratione immutabiles vocant) λ, μ, ν, ρ, quibus adiicies σ, liqueſcunt non raro, atque adeò emollite, vímque conſonantis amittentes, ac ſi euaneſcerent, vocalem proximè antecedētem, aliàs longam, corripiunt.

Et quia

Et quia diuiſio conſonantium hoc loco pernecеſſaria eſſe videtur, vt quiuis facilè intelligat ac iudicet quæ conſonantes efficiant poſitionem, & quæ tali facultate deſtituantur: Diuidemus idcirco conſonantes omnes, In

Nouem mutas ſubdiuidẽdas denuo in Tres

Tenues	π	κ	τ
Medias	β	γ	δ
Aſpiratas	φ	χ	θ

Quia verò ἀντίστοιχα στοιχεῖα ſunt. Hoc modo expendere oportet, vt tenues opponantur aſpiratis, & è contrario aſpiratæ iiſdem tenuibus. Deinde mediæ interiiciantur, tanquam mediæ naturæ ac medij ſoni, inter extremas quæ opponuntur, ita vt habeant rationem contrariorum haud ſecus atque album & nigrum in philoſophia. Mutę verò mediæ comparentur coloribus mediis inter album & nigrum, quinimò ex albo & nigro compoſitis. Habeatur autem imprimis ratio huiuſmodi oppoſitionis mutarum, quia paſſim aliæ in alias migrant.

Tres duplices. ζ, ξ, ψ

Quatuor liquidas, & in σ. λ, μ, ν, ρ

Nec te fugiat harum nonnullas ſemiuocalium nomine donari, nempe tres duplices quatuor liquidas & σ, quarum characteres ſequuntur, ζ, ξ, ψ. λ, μ, ν, ρ. σ.

Vt autem reuertamur eò vnde digreſſi ſumus. Fit ita frequens, vt muta cum liquida vocalem proximè antecedentem efficiat indifferentem, vt admonitione non egeat. Id quod cùm Latini commune habeant non raro cum Græcis, idcirco eo miſſo facto pergamus tractare illa, in quibus aut parum, aut nihil prorſus conuenit Latinis cum Græcis.

Liquidæ igitur non ſolum poſtpoſitę mutis, ſed etiam (quod prima fronte mirum eſſe videatur) antepoſitæ liqueſcunt plerunque, vt ν ante κ Iliad. ω.

Α᾿λλ᾽ ἐγὼ ὐδέν σε ῥέξω κακὸν καὶ ἀλέκειν ἄλλον,
σεῦ ἀπαλεξήσαιμι, &c. id eſt,
At tibi nullius autor ero herclè mali ſed & à te
Hoſtem alium pro viribus ipſe ego pellere nitar.
Item ν ante τ liqueſcit, Iliad. χ.
τῶν μνῆσαι φίλον τέκνον ἄμυνε δὲ δήϊον ἄνδρα· id eſt,
Gratum horum meminiſſe, at vt hoſtem vlciſcere natum.

Et ν ante χ, liqueſcit, vt apud Heſiod.
εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμα ἐγχώριον ἀλλεγθέντα. id eſt,
Hauddubiè tibi res alia & vernacula ſi ſit
Adhæc ν ante θ quieſcit liqueſcit vt Dionyſ. de ſitu orbis.
καὶ τρίπολιν λιπαρὴν ὀρθωσίδα τε μάρανθόν τε. id eſt,
Et Tripolin pinguem atque Orthoſida, tu adde Maranthum.

Præterea ν, ante liquidam nonnunquam liqueſcit, vt Odyſſ. π.
Τηλεμάχῳ ὁδὸς ἥδε, φαμὲν δὲ μιν μὴ τελέεσθαι· id eſt,
Telemacho hæc via, quâ non pergere dicimus ipſum.
Quieſcit quoque ν, ante vocalem. Dionyſ.
τῷ δ' ἐπὶ Βοιωτῶν τε πέδον καὶ Λοκρῶν ἄρουρα.
Bœotorum in eo terra & Locrenſia rura.

Probant & grammatici μ, ante mutam liquieſcere. Odyſſ. λ.
καὶ ῥὰ ἔχεν δύο παῖδες Ἀμφίονά τε ζῆθόν τε. id eſt.
Ille duos habuit natos Zethum Amphionémque.

Liqueſcit & ρ, ante mutam, vnde Orph.

παρθενίης ἀταρπὸς ἐπιήρατον ἡρώεσσιν· id eſt,
Virginitatis iter pergratum Heroibus addas.

DE σ, ALIQVANDO LIQVESCENTE, *aliquando vero duplici.*

Liqueſcit & σ, pleruoque potiſſimum ante mutam. Vnde Aratus:

ἀ'ρη ἑσπερίῃ κρώζει πολύφωνος κορώνη· id eſt,
Veſpertino garrit tempore garrula cornix. Et Odyſſ. ε.
δῶκε δ' ἔπειτα σκέπαρνον ἐΰξοον, &c. id eſt,
Atque politam deinde dedit mox ille bipennim.

Io nomine σκάμανδρος quieſcit σ. libris Iliados φ, & χ.

Proinde σ, cum ſit conſonans ſemiuocalis quidem, non autem muta, nec duplex, nec liquida, liquidarum tamen more liqueſcere, vt iam probatum eſt, alias ſolet, & contra pro natura duplicium breuem natura præcedentem producit, idque potiſſimum in fine dictionis. Vnde Homerus,

χαμαὶ πέσεν αἴγειρος ὥς· id eſt,
Lapſus humi eſt vt labitur alnus. Et alibi,
ἔστι πόλις ἐφύρη. id eſt,
Vrbs Ephyra eſt, &c. Item,
στεῦται γάρ τι ἔπος ἐρέειν· id eſt,
Facturum ſe eſſe affirmat ſuadentia verba.

In quibus verſibus, ρος, λις, πος, ſyllabæ natura breues alioqui, producuntur ob σ, claudens ſyllabam. Aut in iiſdem ſyllabis & ſimilibus ſpectabis cæſuram, de qua paulò antè dictum eſt ſatis. Nunc autem redeo ad liqueſcentiam, vt ita loquar, literæ σ. Velut liquida igitur σ, interdum emollita, præcedentem vocalem naturâ longam ſequente vocali corripit, vt in hoc verſu.

εὖ τ' ἂν ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο. id eſt,
Cùm poſt ſex decies tropicos vel ſolſtitiales.

In quo verſu α in τροπὰς naturâ longum, corripitur ante vocalem ſequentem, liqueſcente σ videlicet, aut dicas potius τροπὰς corripere vltimam linguâ doricâ, poſthabita quippe ratione mollitudinis literæ σ. Nam ας (vt ſuo loco in Gnomone docemus) doricè corripitur in accuſatiuis pluralibus parium ſyllabis nominum primæ declinationis & ſecundæ, contra naturam linguæ communis.

ΠΕΡΙ' ΜΟΝΟΣΥΛΛΑΒΙ'ΑΣ.

Monoſyllabæ quædam voces, quales ſunt τὲ, κὲ, δὲ, μὲν, γὰρ, τὶς & ſimiles, nonnunquam vt liquidæ ac nullæ nulliúſve momenti ac ponderis exiſtimantur: nonnunquam rurſus virtute ſua, præcedentis ſyllabæ breuis tempus extendunt, nonnunquam præterea ſuum immutant. Hoc autem modo videas aliquot vnius ſyllabæ dictiones interiectas polyſyllabicis, nihil impedire quominus ſyllaba longa naturâ in clauſula dictionis, præcurtat vel vocali vel diphthongo ſequenti, poſitæ nimirum in capite alterius dictionis. Ita vt quæ princeps eſt dictionis ſequētis ſyllaba, excipiat vel longam vltimā antecedentis, quę, quāquam inſerta eſt vox monoſyllaba, corripi poſſit, vt Iliad. ψ.

ἀθλητῆρσι δ' αὖ βοῦν θῆκε μέγαν καὶ πίονα δημῷ· id eſt,
Athletæque ſecundo iterum ille bouem bene pinguem
Et valdè magnum proponit præmia luctæ. Et Heſiod.
εἰ δέ κεν ἐργάζῃ τάχα σε ζηλώσει κ' ἀεργός. id eſt,
Si verò arua colas ſectetur forſitan iners.

In hiſce verò duobus verſibus animaduertas licet monoſyllabas voces nihil impedire quominus ἀθλητῆρσι & ζηλώσει vltimas corripiant ob ſequentes vocales,

vocales,quamquam δ' & κ' id eſt δὲ & κὲ per apoſtrophum interiiciuntur. Econtrario verò interdum producunt antecedentes aliqua ratione,vt vel poſitione,vel ſpecie cæſuræ. Iliad.η.

τὸν Λυκόοργος ἔπεφνε δόλῳ ὅτι κράτεΐ γε· id eſt,
Extinxítque dolo ipſum non virtute Lycurgus.

Vbi ῐ,ante γε in κράτεΐ fit longum,aliàs breue naturâ. Monoſyllabæ voces naturâ breues producuntur interdum,Homerus Iliad.α.vbi loquitur de Calchante vate.

ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα,τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα. id eſt,
Nouerat & qui,quæ fuerant,ſunt,atque futura. Et Iliad.γ.
ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος εἵη· id eſt,
Sed tum cùm vocem magnam ipſe è pectore miſit.

Notabis ὃς in principio prioris verſus produci ante diphthongum. Et τε in medio poſterioris,itidē extendi hac eadem regula,vnde Hom. Iliad.lib.γ.

τεύχεα μέν οἱ κεῖται ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ· id eſt,
Arma iacent illi in terra quæ paſcere multos,
Non dubitat,&c. Et Iliad.γ.
εἶ δ' ἄρ τις εἴπεσκεν,ἀχαιῶν τε τρώων τε,&c. id eſt,
Surrexit tum aliquis qui cœpit talia fari,
Siue fuit Troianus vir, ſeu Græcus & ille. Et Iliad.λ.
ἐλθὼν γὰρ ἐκάκωσε βίη ἡρακλείη· id eſt,
Nam veniens afflixit viribus Hercule dignis.

At quàm poteris perſpicaciſſimè obſeruabis permultas id genus monoſyllabas dictiones excuſari præſentia vel liquidæ vel σ, quæ non parùm ſępè in carmine funguntur officio literæ duplicis. Adhęc diſyllabarum dictionum prior aliquando producitur , alioqui naturâ breuis , potiſſimum ſi poſterior breuis quoque per apoſtrophum reiiciatur. Hom. Iliad.γ.

ἤματι τῷ ὅτ' ἦλθον ἀμάζονες ἀντιάνειραι· id eſt,
Quo die Amazones huc formâ venere virili.

Ni malis legere ὅτε vt ſit dactylus non ſpondæus.

DE MVTA CVM LIQVIDA.

Muta cum liquida complexu mutuo ſequentes vocalem naturâ breuem, eandem vocalem reddunt indifferētem , ídque tam in vna eadémque dictione quàm in diuerſis dictionibus. Quod ipſum faciunt & μν, πτ, κτ. Proinde Homerus produxit α,in clauſula præpoſitionis κατὰ,Iliad.β.

ἀλλ' ὅγε μερμήριξε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν· id eſt,
Conſilio pollens,animo hæc & pectore verſat. Et Iliad.α.
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν,ἡρώων· id eſt,
Multas ingenuas animas ad tartara miſit
Heroum,certè prius has quàm fata tuliſſent. Et in βατραχομυομαχίᾳ,
ἀλλ' ἐπὶ λέκτρον ἰὼν ἄκρον δάκτυλον κατεδάκνεν· id eſt,
In lectum rediens digitorum morſico ſummum.& Orph.
θυτείαν τε ζηνὸς ὄρεσι δρόμον τε λατρείαν· id eſt,
Montibus & cultum Iouis hunc,curſúſque latriam. Dionyſ.
πρὸς βορέην αὖθις δὲ πρὸς ἑσπερίης μυχὸν ἕρπει· id eſt,
Ad Boream repit,ſeceſſúmque heſperiorum.

Sed has libertates poteris excuſare aliis quoque rationibus,vt cęſura & μονοσυλλαβίᾳ. In principio huiuſce capitis dixi mutā cū liquida mutuo cōplexu pertinētes ad ſequētem cōtinenter vocalē,reddere indifferētem breuem proximè antecedētem: at quoties muta & liquida dirimūtur,proximè antecedēs

vocalis longa manet, vt in ἐκλίγω, & ſimilibus. Porrò ſequentibus exemplis oſtenditur μν, κτ, πτ, indifferentem ante ſe vocalem, vel breuem naturâ, vel ancipitem, habere. Vnde apud Heſiod.

> Ἥτε καὶ ἀπάλαμόν περ, ὅμως ἐπὶ ἔργον ἐγείρει· id eſt,
> Attamen illa ipſa eſt ad opus quę pellit inertem.

Adde κτ ſæpe nullam facere poſitionem, vt apud Homerum in βατραχομυομαχίᾳ, ἄκρον δάκτυλον καταδάκνω. quem verſum paulò antè citauimus & vertimus. Idem iudicium de πτ. Hom. Odyſſ. δ.

> Κύπρον Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθείς. id eſt,
> Cúmque pererraſſet Cyprum Phœniciam, & omnem
> Gentem quam complectitur in ſe AEgyptia tellus.

His tribus exemplis ſatis conſtat vocales etiam ancipites corripi ante μν, κτ, πτ. Cæterùm paſſim occurrunt exempla in quibus producuntur. Eadem certè de cauſa in κέκτημαι, κέκτημαι· πέπτωκα, πέπταμαι· μέμνημαι, conſonantes thematum principes ſupra ε ſyllabicum augmētum, repetuntur, quippe quod breue ſit, & nullâ poſitione producatur. Quòd ſi ε ſit longum, vt in ἔκτακα, ἔκτημαι, ἐπτόημαι, & aliis eiuſmodi verbis, nihil ſupra præteriti augmentum repeti debet.

ΤΟ` Ι, ΚΑΙ` ΤΟ` Υ, SVBIVNCTIVAE, SOLVTA *diphthongo, quantæ.*

Subiunctiuæ in diphthongis, ι, & υ, diphthongis ſolutis ſæpius corripiuntur, vt cùm ex παῖς per diæreſim fit πάϊς. Ex εῦ fit ἐΰ, & ex ηυ, ηΰ. Vnde Iliad. ν.

> Ὑπὸ στεφάνης ἐϋχάλκου, id eſt,
> Sub caſſide ferrea, &c. Et alio in loco,
> Ἑλένης πόσις ἠϋκόμοιο· id eſt,
> Helene vir pulchricomæ, &c. Itidem,
> Ἠΰς παῖς ἀγχίσαο, id eſt,
> Filius Anchiſæ ſtrenuus, &c. Et illud.
> Ἐχθρός μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλησι· id eſt,
> Eſt mihi tam infeſtus quàm nigri ianua ditis.

Colliges ergo ex antecedentibus, α, ι, υ, ancipites ſæpius corripi, ſoluta in diphthongo, nec tamen ſemper, quia Theocritus, α, extendit ſoluto aduerbio ῥᾷστα in ῥάϊστα Idyllio ια.

> Οὕτω γ᾽ ὧν ῥάϊστα διᾶγ᾽ ὁ κύκλωψ ὁ παρ᾽ ἡμῖν,
> Ὡρχαῖος πολύφαμος, ὅτ᾽ ἤρατο τᾶς γαλατείας· id eſt,
> Sic igitur magno Galateæ captus amore,
> Commodius potuit nobiſcum viuere Cyclops,
> Ille vetus Cyclops Sicula Polyphemus in ora.

DE ORIGINE LIBERTATIS POETARVM.

Origo licentiæ poëtarum perinſignis, & præcipua obſeruatio ponenda ſemper ob oculos volenti ſcribere carmen, aut etiam rimari conditas aliquando in carmine alieno ſalebras & illas excutere, eſt eiuſmodi.

Syllaba præcedentium & ſequentium occaſione rapitur identidem à poëtis in contrariam quantitatem. Nam ſi tres continuè breues, aut etiam plures in polyſyllabicis dictionibus concurrant, earum breuium prima producitur nonnunquam licentia poëtica, vt α, in ἀθάνατος, & πρι in πριαμίδης apud Homerum.

οὔτις

οὔτις τοι θεός εἰμι, τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις· id eſt,
Non tibi ſum Deus, vt quid me immortalibus æquas? &
πριαμίδης ἕλενος, &c. id eſt,
Priamides Helenus.

Adde alia id genus paſſim obuia in lectione poëtarum exempla. Tertia verò nonnunquam extenditur ob ſequentes breues, vt in συβόσια. Hom. Odyſſ. ξ.

τόσσα συῶν συβόσια, τό σ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν· id eſt,
Quantus grex ſuum erat, tanta & caprilla corona. Adhæc Odyſſ. κ.
βῆν δὲ κατὰ λοφάδια φέρων ἐπὶ νῆα μέλαιναν. id eſt,
Veni humeris portans ad naues vndique nigras.

Vide quomodo τὸ ι in συβόσια illic, & hic in λοφάδια cum breue ſit producitur, occaſione tum præcedentium, tum ſequentium breuium. Media quoque ſyllaba producitur inter breues potiſſimum cùm illa eſt anceps, vt in πέλεθρα. &, quod maiori admiratione dignum, eadem de cauſa naturâ quoque breues productæ reperiuntur. Homerus Iliad. α.

τοῖς ἄλλοις. ἦ γὰρ ὅγ' ὀλοῇσι φρεσὶ θύει· id eſt,
Nam hic certè furit exitioſis mentibus heros.

In quo nec dubiè verſu perpendes λο in ὀλοῇσι contra naturam ſuam produci in medio corpore dictionis, aut dices potius legendum eſſe ὀλοιῇσι contra quàm vulgata habent exemplaria, nimirum ι per pleonaſmum in extenſionem ſyllabæ aſſumpto, vt confletur diphthongus οι. Sed obiiciet fortaſſe aliquis, breuem naturâ produci eodem prætextu in principio dictionis, vt Odyſſ. ι.

ἄρσενες οἶες ἦσαν ἐϋτρεφέες δασύμαλλοι. id eſt,
Maſculæ oues aderant præpingues lanigeræque.

In quo verſu οἶες dactylus eſt. Tu id factum eſſe neceſſitate dices ob ambientes breues & quidem multas. Alius aliquis contendet legendum eſſe οἶες abſque diæreſi, & ες extendi vel per cæſuram vel propter σ. At ob longas ambientes in eadem dictione ſyllabas quæ breuis erat producitur, vt Odyſſ. ο.

ὅς ῥ' ὑπερεσίην ἀπενάσσατο πατρὶ χολωθείς. id eſt,
Qui genitori ſuccenſens hypereſiam habebat. Et Odyſ. υ.
πρεσβύτατον καὶ ἄριστον ἀτιμίησιν ἰάλλειν· id eſt,
Apprimè ſenis ac fortis proſcindere nomen.

In quibus expendes μι, vtpote in ἀτιμίησιν, & σι in ὑπερεσίην extendere τὸ ι, alioqui breue, quòd vtrinque longæ ambiant. Sic Odyſſ. χ.

ὡς κακοεργίης εὐεργεσίη μέγ' ἀμείνων· id eſt,
Conatus bonus vt longè anteferendus inani.

Syllaba γι inter duas longas extenditur. Dionyſ.

καὶ ποσειδήϊα ἔργα, καὶ ἱερὰ τέμπεα δάφνης· id eſt,
Et Daphnes tempe ſacra, & neptunia facta.

In quo verſu, σει quæ longa eſt ſyllaba, in ποσειδήϊα corripitur. Siquidem καὶ ποσει dactylus eſt. aut certè creticus ſeu amphimacrus loco dactyli. Eodem quoque modo Iliados π.

ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἀνδρότητα καὶ ἥβην. id eſt,
Flens propriam fortunam amiſſo flore virili.

Hoc in verſu ποῦσ'. ἀνδρο dactylus eſt. Aut certè palimbacchius loco dactyli. Tales occurrunt paſſim in poëtis licentiæ, quas tu ipſe venaberis & notabis. Si qua verò ſint omiſſa à nobis dicenda de carminibus poëtarum, nos ea ſuo tempore addere ἢν θεὸς θέλῃ non grauabimur. Conſtat ergo ex an-

G tecedentibus

recedentibus breuem inter duas longas interdum extendi, vt τὸ ι, in ἀτιμίη quia duabus longis inſeratur: è contrario verò corripi vel τὸ ι, vel aliam ſyllabam occaſione, vel vtriuſque ambientis, vel alterutrius duarum ambientium, vt τὸ ι, in φοινικόεσσαν, & ſimilibus. Et α, in χρυσηλήϊον, vt poſito paradigmate paulò antè demonſtraui. Quatuor breues continuè veniunt nonnunquam in locum pedis vnius Heroïci aut dactyli, aut ſpondęi videlicet, vnde Heſiodus ſecundo libro Operum & dierum:

τῆμος τὤμισυ βουσὶν ἐπὶ δ' ἀνέρι τὸ πλέον εἴη. id eſt,
Tum medius paſtus bobus ſit, pabula verò
Plura homini ſint, ob prolixæ tempora noctis.

Et quemadmodum apud Vergilium, Labat ariete crebro, Ianua. Et alibi, Parietibúſque premunt arctis. Ita in verſu Græco ſuperiore πι δ' ἀνέρι proceleuſmaticus erit loco vel dactyli, vel ſpondæi. Vt quia vel dactylus vel ſpondæus non poterat ingredi carmen iſtud Heſiodicum, pes ſaltem temporibus reſpondens ſufficiatur in locum alterutrius duorum pedum Heroicorum. Sic apud Homerum Iliad. α.

τιμήσῃς, ὀλέσῃς δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν ἀχαιῶν. id eſt,
Perdideris multos Græcorum in nauibus altis.

In hoc verſu λέας ἐπὶ proceleuſmaticus eſt, loco pedis Heroici. Id certè paſſim occurret, & apud Homerum & alios poëtas: ni malis dicere λέας fieri per συνίζησιν, quod fieri poſſe eſt probabile.

DIALECTI QVID POLLEANT
in ſcrutanda quantitate.

Dialectorum habenda ratio nonnunquam in elicienda quantitate quarundam ſyllabarum apud Gręcos. Vt autem totum hoc faciliùs intelligas negotium, Notandum imprimis Ionas aſſumere η, vt φιλίη, νιῆνις, vbicunque communes habent α longum, vt φιλία, νιᾶνις. Contrà vbi communes τὸ η, vt ἡ τιμὴ, loco τοῦ η, Dores ſemper α longum accipiunt, vt ἁ τιμά. Quantitatem ergo dialectorum hoc modo colliges, α Doricè poſitum pro η, produci, vt ἁδὺ pro ἡδὺ, & ἁ τᾶς τᾶ τάν. pro ἡ τῆς τῇ τήν. vnde Theocrit. Idyllio primo:

Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς αἰπόλε τήνα,
Ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται, &c. id eſt,
AEpole dulcis hic eſt ſubraucus ſpiritus auræ
Dulcis, & hęc ſtrepitu pinus prope conſita fontes.

In hiſce autem verſibus notabis ἁδὺ pro ἡδὺ doricè poſitum. Et ἁ πίτυς pro ἡ πίτυς, & τῆνα pro τήνη ſi ſequaris ductum regularis inflexionis, at τήνη pro ἐκείνη, deinde παγαῖσι pro πηγαῖς. In quibus omnibus vocibus, & ſimilibus, quæ cùm apud Homerum, tum apud Theocritum tam frequentes ſunt quàm quæ frequentiſſimæ, α doricum factum ex η linguæ communis, longum eſt naturâ. Quòd ſicubi breue reperiatur, alia occaſione id factum eſſe dices, vt licentia poëtica ob aliam fortaſſe vocalem ſequentem: ſed quàm rarum inuentu ſit hoc, ipſe tu inter legendum experieris. Cæterùm corripitur α, in penultima præteritorum ionicorum, vt in γέγαα, μέμαα, βέβαα, ἴσαα, quæ fiunt à γέγηκα, μέμηκα, βέβηκα, ἴσηκα. In quibus commune τὸ η, mutatur in ionicum α, breue.

PEREGRINARVM VOCVM QVANTITAS.

In dictionibus peregrinis quantitas ſyllabarum apud Gręcos eſt varia, incerta, & ſubinde indifferens. videas tamen poëtas iuniores non rarò ſubdidiſſe

didiſſe Græcorum regulis dictiones Latinas ab iiſdem Græcis vſurpatas : è contrario verò, Græci nonnunquam metiuntur quantitatem vocis Latinæ ex regulis ipſorum Latinorum. In epigrammate Palladæ:

Ἢν ὁ φίλος τι λάβῃ, δόμινε φράτερ εὐθὺς ἔγραψεν,
Ἢν δ' αὖ μή τι λάβῃ, τὸ φράτερ εἶπε μόνον.
Si quid amico des, mox es frater dominúſque:
Quòd ſi nil dederis, tu modò frater eris.

Animaduertendum, μι in δόμινε breuem eſſe ſyllabam haud ſecus atque apud Latinos: at in dictione φράτερ, α corripitur contra normam Latinorum. Sequuntur & in πατὴρ, quantitatem Latinorum Græci, vnde Hom. Iliad α.

Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε· id eſt,
Huic reſpondet deinde hominum pater atque Deorum.

Nonnus Panopolitanus poëta in paraphraſi in Euangelium beati Ioannis, corripit perpetuo, α, in πιλάτος, σουδάριον, δηνάριον, pro ratione quantitatis Græcorum, cùm apud Latinos ſecus ſæpe fiat, niſi quòd conueniat Latinis quoque cum Græcis in quantitate nominis δηνάριον. nam α, breue vt Græcis ita & Latinis: Vnde Cato ille Latinus:

Dilige denarium, ſed parcè dilige formam.

Quòd ſi Latinis in dictionibus Latinorum quantitatem non ſequatur Nunnus, credas eum id feciſſe non tam idcirco quia parui penderet linguam Romanam, quàm quia ignoraret, quippe qui exiſtimat in eodem opere ſudarium vocem eſſe Chaldaicam ſeu Syriacam. Recẽtiorum alij nominibus Latinis Latinam tribuunt quantitatem: verbi gratiâ in μιλιάριον, α producitur, vt apud Latinos, in epigrammate Græco,

Ἠ γέρασας χαλκῶν μιλιάριον ἡλιόδωρε· id eſt,
AEreum opus miliaria tu emiſti Heliodore.

In ſumma conſultiùs putarim non deſciſcere à regulis Latinorum, in nominibus Latinis, potiſſimum ſi nomina ſint locorum propria, quæ ſæpius apud poëtas Latinos leguntur, quàm apud Græcos, vt Italia, Sabini, Mauritania, Luſitania & ſimilia. Id autem vnum, ſtudioſiſſimum quémque admonitum eſſe velim, vt in promptu & ſemper ob oculos habeat haſce de licentia Græcorum regulas, ſine quarum intelligentia candidatus carminum Græcorum fruſtra ſe torquebit in lectione poëtarum, quippe cùm ſit ei neceſſe aut paſſim turpiter hærere, nec minùs ſæpe ignauiter delirare, incognita Græcorum poëtarum licentia, vt in hoc verſu Homerico:

ὦ ἀχιλεῦ πηλέως υἱὲ μέγα φέρτατ' ἀχαιῶν. id eſt,
Pelide Græcorum præſtantiſſime Achilles. Et Odyſſ. ρ.
Τρεῖς γάρ τ' ἐκ κρόνου εἰ μὲν ἀδελφεοί, οὓς τέκετο ῥέα. id eſt,
Tres fuimus Saturno quos peperit Rhea fratres.

In hoc autem noſtro Latino verſu notabis in Rhea, duas ſyllabas non coaleſcere in vnam, vt in Græco per συνίζησιν coaleſcunt. Et apud Orpheum in hymnis.

Ἀστραπαῖε, βρονταῖε, κεραύνιε, φυτάλμιε ζεῦ. id eſt,
Iuppiter auctor vitæ, quique tonitrua mittis,
Fulmina, fulgetras, qui ſplendes igne coruſco.

DE ABVSV SYLLABARVM, ET DE *variantibus atque adeò indifferentibus ſyllabis apud Poëtas, Epilogus.*

Poëticam libertatem & occaſiones immutandæ quantitatis ſyllabarum, hoc loco breui veluti Epilogo perſtringamus oportet, cùm ex antecedenti-

 bus

bus aliis & ſequentibus quibuſdam regulis ſatis conſtet, quæ ſyllabæ ſint longæ, quę breues, & quæ mediæ ſint ſiue indifferentes, quandoquidem id docuimus & certiſſimis & receptiſſimis regulis, quas tum in tabulis Gnomonicis, tum paſſim aliis in locis totius operis ſparſas inueneris. Ingreſſi autem ſumus vaſtum, immenſum & propemodum inacceſſum pelagus, cum hanc ſubimus quàm vides prouinciam. Sed quia cœperamus in Latinis, audendum erat fortiter quoque in Græcis, ne opus tam neceſſarium, vtile ac delectatione refertum, neglectum iaceret. Inſtituimus ergo his addere Gnomonem quantitatis Latinæ, quo Latini homines hæc Græca facilius percipiant, & ad ſuam vtilitatem Græca cum Latinis, vel potius Latina cum Græcis coniungant. Et quanquam in Gnomone Græco poteram eſſe contentus Homeri teſtimonio ad hæc fermè omnia confirmanda, alios tamen poëtas identidem citare nihil grauor, quo poëtas omnes ex æquo eaſdem regulas obſeruaſſe planum omnibus fiat. Sed de his iam finem facio, redeóque ad inſtitutum, vt oſtendam hoc loco poëtas vel eximios, ſyllabis quibuſdam ſua licentia eſſe abuſos. Homerus enim & alij poëtæ extendunt nonnũquam vocales naturá breues, nulla vt videtur, aut certè minima ratione metrica freti, vt Iliad. ψ. ſtatim in principio libri:

Ἐπειδὴ νῆας τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο· id eſt:

Naues quiſque, Helleſpontúmque, ex quo attigit horum.

In quo verſu habes iambum in primo pede loco pedis Heroici, ſpondæi videlicet vel dactyli, ni dicas vtrunque verſus extremum indifferens eſſe, quod parum placet. Vetus autem interpres Homeri in eundem verſum ſcribit,

Ἀκέφαλον καλεῖται τοῦτο τὸ μέτρον, πέπονθε γὰρ κατ᾽ ἀρχὰς ὁ στίχος. id eſt,

Acephalum vocatur hoc metrum, quaſi capite mutilum dicas, aut ſine capite: mutilatur enim & afficitur in principio hic verſus. Ἀκέφαλα ἔπη vocant Grȩci verſus Heroicos à breui incipientes, quaſi verſus mutilos, detruncatos, & capite carentes dicas.

Idem interpres in alium locum. Iliad. μ.

πέπονθε δὲ ἐπὶ τέλους ὁ στίχος, ἔχων τὸν ἐκ δύο βραχειῶν πυῤῥίχιον, καὶ καλεῖται μείουρος, id eſt,

Verſus in fine mutilatur, & velut incommodo quodam afficitur, cùm ex duabus breuibus confectum habeat pyrrichium, & vocatur muurus quaſi cauda mutilum & imminutum dicas.

Quotquot ergo verſus apud Homerum incipiunt ab ἐπειδὴ afficiuntur incommodo prius citato, vt videlicet ἔπη ἀκέφαλα vocentur. Producit idem quoque Homerus Iliad. μ. priorem ſyllabam in nomine ὄφις his verbis,

Τρῶες δ᾽ ἐῤῥίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν· id eſt:

Anguem vt viderunt Troes varium, obriguerunt.

E contrario verò longa quȩ natura eſt ſyllaba corripitur, vt Odyſſ. π.

τ᾽ μὴν ὅδε μῦθος ἀφανδάνῃ, ἀλλὰ βόλεσθαι. id eſt,

Is vobis ſermo ſi diſplicet, atque velitis,

Conſilium capere, &c.

Dactylus enim erit ἀλλὰ βο, ſed qui excuſatur quod liquida λ, colliqueſcat, & ſic βο emolliatur, hoc eſt corripiatur, ante vocalem proximè ſequentem. Porrò in vno eodémque verſu vnius alicuius dictionis, anceps vocalis nonnunquam & producitur & corripitur, potiſſimum cùm ſit illa dictionis congeminatio qualis eſt apud Homerum Iliad. ε.

Ἆρες ἄρες, βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα· id eſt:

Proditor, excuſſor murorum, Mars homicida.

At

At apud Theocritum Idyllio β.

Αἶ αἶ ἔρως ἀνιαρὲ τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα,
ἐμφὺς ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας· id eſt:
Heu crudelis amor, quid inhærens oſſibus omnem
Sanguinis humorem bibis vt fluuialis hirudo.

Poſterius αἶ corripitur contra naturam, ſed excuſatur ob ſequentem vocalem, vt ante docuimus in regula indifferentiæ. Illud autem Callimachi.

οἳ δ' ὅλον τὸ μέλαθρον, ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός· id eſt:
Vtque domum totam, procul ô procul eſto ſceleſte.

Excuſatur duplici ratione, διακοπῇ videlicet, quam cæſuram Latinus vocat, & litera σ, quæ in fine præcedentem vocalem naturâ breuem producere ſolet aliquando. Sic apud Theocritum,

πολλάκις ὦ πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται·
Non raro, Polypheme, & turpia pulchra videntur.

Prima in καλὰ redditur indifferens ratione liquidæ λ, quandoque liqueſcentis: & contra nonnunquam fungentis literæ duplicis officio, vt ſuo loco docui. Quod autem Latini ſimilibus ſubinde vtantur libertatibus, ſuis locis docemus in Gnomone Latino. Et quoniam abundè ſatis dictum eſt de libertate poëtarum Grecorum: Reliquum eſt, vt iam de certa quantitate quarundam ſyllabarum, quæ ſcribuntur tribus vocalibus ancipitibus α, ι, υ, deinde incrementis nominum & verborum, dicamus.

DE QVANTITATE CERTARVM QVARVNDAM
ſyllabarum ancipitibus vocalibus ſcriptarum, videlicet α, ι, υ, regulæ minus generales ſed tamen pernceceſſariæ.

Anceps in fronte principióve thematis breuis eſt: non raro tamen extenditur in capite præteritorum augmenti gratia, vt ἱκετεύω, ἱκέτευον· ἰάχω, ἴαχον· ἱκέομαι, ἱκόμην. Et proinde traditur à grammaticis regula mira ſatis. Ancipitem breuem eſſe in capite verborum ὑβρίζω, ἱδρύω, & ſimilium pręſentis quidem temporis, at in præteritis eorundem verborum eandem produci vocalem, vt in ὕβριζον, ὕβρικα, ὕβρισα, & id genus præteritis, in quibus υ extenditur. Idem ſit iudicium de aliis ab ancipiti incipientibus. Quia verò præcedentia exempla probant ſatis quantitatem τοῦ ι, καὶ τοῦ υ. in capite tum thematis, tum præteriti cuiuſuis verborum, reſtat vt de α, quoque prodeant in mediũ paradigmata, qualia ſunt ἆραι, ἆρας à themate αἴρω. Et ἆσαι, ἄσασθαι, ἄσας, ab ἄδω quod ſit ab ἀείδω primam habente indifferentem.

DE REDVPLICATIONE, ι.

τὸ ι, in reduplicationibus corripitur, vt δίδωμι, τίθημι, τιταίνω. Notabis tamen regulam poſſe tibi imponere, tum in præteritis nonnunquam, tum in thematibus quæ fiunt ab aliis poſitione longis, in quibus detracta poſitione, naturâ longum τὸ ι manet, vt in γινώσκω, quia ſit à γιγνώσκω, & in γίνομαι quia ſit à γίγνομαι. Et in conſimilibus perinde.

DE Α, Ι, Υ, ANCIPITIBVS IN MEDIO
corpore dictionis compoſitæ.

Anceps in medio corpore dictionis cõpoſitæ ſæpius corripitur, vt α in με-

χάθυμος, τὸ ι in λυσιμελὴς, κελαιπτέρυγος, & υ in ἡδυεπής. Atqui nulla tam latè patet regula, quin eam coarctet & coanguſtet minus explicata, proinde cautius proſpiciendum ne quando imponat tibi generalior illa. Fallet enim te in τιμαγήτης, διδυματόκος, τεταιῦπος, ἰσαχθὴς, πυριπόλος & multis aliis excipiendis, atque adeò repetendis ex regulis antecedentibus & Gnomonicis.

Circumflexa ex barytonis facta verba. Si vocalem vel ex diphthongo penultimam conſtituente ſyllabam exterant ancipitem, relictam in penultima corripiunt. Et hæc regula eſt quæ maximam è verbis tollit ambiguitatem, vt δινῶ, ἀ δινώ· τιῶ, ἀ τίω· πιθῶ, ἀ πίθω· φυρῶ, ἀ φύρω· κυρῶ, ἀ κύρω.

VOCALIS ANCEPS IN PRAEpoſitionibus quanta.

Anceps vocalis in præpoſitione corripitur, ni poſitione extendatur, vt διὰ, κατὰ, ἀνὰ, περί. Regulam tamen diſſimulat interdum poëta, ſua licentia, potiſſimum vbi adeſt liquida, vt in παρὰ, συν, & ſimilibus, vnde Iliad. λ.

παρειπών, ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου id eſt,
Hortans, nam bona amicorum eſt hortatio recta. & Aratus
συνεχὲς αἰεί. id eſt,
Continuum ſemper, &c.

Perinde in διὰ, ſyllaba δι extenditur Homero Iliad. γ.

διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε φαεινῆς ὄβριμον ἔγχος· id eſt,
Ingentem haſta grauis penetrat clypeum ære micantem, Iliad. δ.
διὰ μὲν ἂρ ζωστῆρος ἐλήλατο δαιδαλέοιο id eſt,
Baltheus arte admirandus transfigitur haſta [vel enſe.]

Et Nonnus in paraphraſi in Euangelium diui Ioannis producit τὸ ι, ob ſequentes breues in nomine διάβολος, his verbis:

διάβολος υἱός, ἄλλος ἐν ὀψιγόνοισιν ἀκούων.

Et apud Dionyſ. de ſitu orbis παρὰ compoſitum primam extendit propter ρ, liquidam quæ ponitur in carmine ſubinde vice duplicis·

παραλίην ναίουσιν ἔσω Σερβωνίδος ἄλμης· id eſt,
Ad Mare quiſque habitat ſterili in Serbonidis aruo.

PARTICVLAE IN COMPOSITIONE duntaxat occurrentes.

Ἀ, ζα, ἐρι, ἀρι, βρι, δύς in compoſitione duntaxat occurrentes particulæ, ſuas ancipites correptas habent, ni ſyllaba ſequens impediat, vt ἄκοσμος, ζάθεος, ἐρίβωλος, ἀρίδηλος, βριάρεως, δύσερως. Hom. Iliad. β.

ὅς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη· id eſt,
Verba tenet qui multa inhoneſta & mente reponit. Iliad. α.
κλῦθί μευ ἀργυρότοξ' ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας,
Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις, Σμινθεῦ· id eſt,
Exaudi me Smintheu cui eſt argenteus arcus,
Chryſen qui luſtras, & qui Cillam quoque diam
Protegis in Tenedo qui regnas fortiter, audi. Proclus lycius,
Ἀτραπιτοῦ ζαθέης ἐριφεγγέος ἀγλαοκάρπου· id eſt:
Fructiferæque viæ, diuinæ ac lumine claræ. Et Iliad. ρ.
ῥήγνυτο.
ταὶ δ' ὅτε δὴ πρόϊιν ἐρίβωλον ἵκοντο. id eſt,
Rumpitur.

Aſt

Aſt vbi venerunt Troiam vbere glebæ frugiferam, &c. Et Iliad. α.

ὦχ᾽ ἑκατόγχειρον καλέσασ᾽ ἐς μακρὸν ὄλυμπον,
ὃν βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες
Αἰγαίων᾽, id eſt:
A᾽ centum manibus, vocat, hunc qui nomen habebat,
Quem ſuperi vocitant è magni nnmine martis.
AEgæona viri, vt celeri p:de ſcandat olympum. Orpheus,
Εὔβουλε πολύμορφε τροφὴ πάντων ἀρίδηλε. id eſt,
Conſilio, forma, vita clariſſime in nmnes. Thencritus Idyllio. α.
ζατεῦσ᾽ ἁ δύσερώς τις ἄγαν, καὶ ἀμήχανός ἐσσι. &c. id eſt,
Solius illa tui cupiens, te ſnla requirens,
Tu verò infelix, & iniquo perditus æſtu,
Cui neque par, animn quid deficiente labotas.

At regnla hæc intelligi debet citra & pnſitionem & contractionem, ſiquidem ζάης & ἄσπονδος cum ſimilibus producunt α. in primn cnntrà epigrammate primi libri τῆς ἀνθολογίας, id eſt flnrilegij diuerſorum epigrammatnm, in dictinne Ἀθάνατος, α priuans ob concurſum tot breuinm extenditur, vt docui in regulis licentiæ, & in Gnomnne τοῦ α. Prninde in hac regula dixi prius commemnratas particulas corripi, ni ſyllaba ſequens ſequentéſve ſyllabæ impedirent.

DE POSSESSIVIS DERIVATIS *& compoſitis.*

Poſſeſſiuum tantam habet vocalem ancipitem quanta fuit & in primigenin, vt quia ἴδη prima longa dicitur, ſic & ἰδαῖος. Adhęc quanta eſt vltima ſyllaba in maſculino, tanta eſſe in fœmininn inde fnrmato comperitur, vt πᾶσα, πίειρα primis productis, quia eædem ſyllabæ in maſculinis πᾶς, πίειρ producebantur. Hęc tamen regula tota intelligenda eſt, de ſyllabis nullam variationem admittentibus. Quod ipſum qunque perpetunm nnn eſt. Nam primam producit μανικὸς, vt docuimus in Gnomnne τοῦ α, è cnntrario verò μανία cnrripit.

Deriuata ſuperioribus addenda ſunt poſſeſſiuis ob cognationem quam inter ſe habent. Attamen deriuata plerunque cnrreptinres habent vncales ancipites, quàm haberent in ſuis primigeniis. Et id potiſſimum cùm vncalem alteram è diphthnngn exterunt, vt à φεύγω, φυγὴ· à πείθω, πιθανός. A᾽liàs æquales vt in præcedentibus poſſeſſiuis, præſertim cum hæc deriuata nullam abiiciunt literam, vt δίκη, δίκαιος, δικαιῶ, δικαιοσύνη, prima quippe breui in omnibus. E᾽ contrario verò νικῶ, νίκη, νικητής, prima lnnga.

Compnſita quoque fermè ſemper ſuis ſimplicibns ſunt æqualia, vt quia γυνὴ ſic ἀνδρόγυνος, γυ breui. Itidem τιμὴ ἄτιμος, τι lnnga videlicet.

Quandoquidem autem in quamplurimis compnſitis & deriuatis quantitas multiplex eſt & ambigna, vt ab ἀεὶ correptn α, fiunt ἀΐδιος, & ἀέναος prima producta nccaſinne tam multarum breuium ſequentium, itidem à βότρυς, βότρυος breui υ, fnrmantur βοτρυδὸν ac βοτρυοφόρος extenſo υ, at βοτρυοκόσμος breui eodem: idcirco in talibus, tutius erit repetere quantitatem ex capitibus antecedentibus, in quibns agitur de quantitate τῶν α, ι, υ.

Α, Ι, Υ, IN CLAVSVLA NEVTRORVM *nominum, quantæ.*

Anceps α, ι, υ, in clauſula nnminum neutrorum non contractorum corripitur,

pitur, vt σῶμα, βῆμα, μέγα, ἔυχαρι, σίνηπι, μέλι, ἡδὺ, γόνυ. Idem ferendum de pluribus indicium, vt τὰ σώματα, βήματα, μεγάλα. Excipe contracta quia producuntur, vt σινήπι, χρέα, & ſimilia.

DE ANCIPITIBVS ANTE DVPLICES z, x, +.

Anceps ante duplicem ζ, ξ, ψ, quanquam poſitione longa, natura tamen breuis eſt, vt in βαστάζω, ἁρπάζω, ἐρίζω, βαδίζω, κλύζω, αὔλαξ, κατῆλιψ, κῆρυξ. Nota κράζω, τὸ κρα βραχὺ, διατί. τὰ διὰ τοῦ άζω ῥήματα δισύλλαβα βαρύτονα, ἐκτείνονται, οἷον σφάζω, φράζω, πλὴν τοῦ κράζω. εἰ δὲ ὦσιν ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, συστέλλεται, οἷον ὑποπιάζω, ἀλαπάζω, πλὴν τοῦ σφαδάζω, μοτάζω, πειράζω. Vide κραυγὴ in Etymologico. Excipe nomina maſculina diſyllaba in αξ deſinentia, qnia penultimam naturâ longam habent. Hoc eſt habent τὸ α, naturâ non poſitione longum: ſiquidem vtrunque ſimnl vt volunt, eſſe non poreſt, vt ὁ φαίαξ, θώραξ cum ſuis compoſitis, vt ὁ λινοθώραξ, ὁ φιλοφαίαξ, excipe ὗλαξ, σῦαξ, κῦαξ. Extendunt porrò α ante duplicem κόρδαξ, φύναξ, νέαξ diſyllaba videlicet, quibus addes polyſyllaba, vt ἱέραξ. Huc accedunt & præterita quæ ab ancipiti principium habent, quia producunt ancipitem ante duplicem, vt ἶξαλον, quo modo & πρᾶξις nomen & χαμᾶζε aduerbium: vt autem ſatisfaciamus opinioni quorundam grammaticorum qui fuerunt in ea hæreſi, vt negarint in vniuerſum ancipitem produci natura ſequente litera duplici, adiiciendum hoc loco videtur eſſe: Accentus apertè ſatis eorum opiniones refellere, vt in nomine θώραξ in quo ni vltima eſſet longa narurâ, non acueremus eius nominis penultimam, ſed circumflecteremus, hand ſecus atque circumflectimus in χαμᾶζε ac in πρᾶξις & ſimilibus quæ habent ancipitem vocalem longam naturâ ante duplicem, vt accentus indicat. Hoc verò loco neceſſe tibi eſt repetere accentuum regulas generaliſſimas, obſeruandas præcipuè in dictionibus habentibus accentum in penultima, qnas ne quid deſideres hîc quod putes tibi neceſſarium eſſe tribus verbis eas ex enchiridio repeto.

Acuitur penultima.
- Longa ante longam, vt θώραξ, ἥρως·
- Breuis ante breuem, vt πόνος, λόγος, μόνος.
- Brenis ante longam, vt ἔρως.

Circumflectitur penultima.
- Longa ante breuem, vt πρᾶξις, χαμᾶζε, κῆρυξ, φοῖνιξ, φοῖβος, & ſimilia.

In quibus omnibus ſpectatur natura non autem poſitio, quia nullius eſt efficacitatis poſitio in collocando accentu. Cæterùm α, ι, υ, poſitione manente, non raro apud poëtas & oratores productæ natura reperiuntur, vt μᾶλλον. Sed & breues natura ante ζ, ξ, ψ, duplices. Cuius rei argumentum in nominibus hoc firmiſſimum & validiſſimum, qnòd obliqui deſinentium in ξ, ψ. penultimam ferè corripiunt, vt dicetur capite ſequenti. Accentus quoque rem ita habere apertè oſtendir, vt in φοῖνιξ, κῆρυξ & ſimilibus, quia longa ante longam nunquam circumflectitur.

Notabis verba in αζω, ιζω, υζω deſinentia quorum futura & aoriſta, citra poſitionem, breuem habent ancipitem, vt ἁρπάζω, ἁρπάσω, ἥρπασα· φημίζω, φημίσω, ἐφήμισα· κλύζω, κλύσω, ἔκλυσα. Alij contra grammatici dicunt ancipitem in penultima primi aoriſti, ratione temporis natura produci, quod verum in vniuerſum eſſe non poteſt, niſi in verbis quintæ coniugationis. Alij verò aſſerunt poëtas audere ſua libertate producere ancipitem præſertim ſi vtrinque longæ incidant, vt in ἐφοπλίσας, ἀκοντίσας. Et cùm duæ continuæ

ſequuntur

ſequuntur breues, vt ὠπαλίσκον, λιϊσκον, & ſic in ſimilibus. In quibus tamen ſolent quoque poëtæ σ geminare ad extenſionem ſyllabæ illius, potiſſimum vbi naturâ illa breuis eſt, vt ἐτέλεσσα pro ἐτέλεσα, ἐγέλασσα pro ἐγέλασα. Id quod profectò explicatius dicemus in capite de incrementis verborum.

QVANTA SIT VOCALIS ANCEPS IN
iis quæ in immutabilem deſinunt.

In immutabilem deſinentia maſculina & fœminina nomina vltimam producunt: neutra è contrario corripiunt. Excipe à neutris πῦρ, πᾶν quę vt apertè ſatis accentus oſtendit, producuntur. Excipe præterea & aliquot maſculina & fœminina quippe quæ corripiuntur, vt docemus in Gnomone, nimirum in regulis quantitatis vltimarum ſyllabarum.

IN οεις DESINENTIA QVANTAM
habeant antepenultimam.

In οεις deſinentia nomina adiectiua breuem habent antepenultimam & quartam à fine longam, quoties numerum trium ſyllabarum excedunt, vt δενδρόεις, ἀμφρυόεις, χιονόεις, ἰόεις. In quibus nonnunquam imponit regula pauló antè data de poſſeſſiuis. Nam à χιὼν id eſt nix correpto quippe ι, fit χιονοεὶς eadem ſyllaba longa, tametſi χιονονὸς & χιονώδης ſui primitiui quantitatem retinent. Sic ab ἰὸς venenum, ι producto videlicet fit ἰοεὶς venenoſus, eodem ι, breui. Horum omnium exempla ſunt eruenda ex medio penu Nicandri, Nonni, & aliorum itidem poëtarum.

QVANTA SIT VLTIMA PARTICIPIORVM.

Participia actiua maſculina verborum omnium grauitonorum, circumflexorum, & verborum in μι finitorum vltimam producunt. Fœmina verò in α deſinentia, & neutra omnia incontracta eandem corripiunt, dempto neutro participio futuri ſecũdi, quia extendit vltimam, vt τὸ τυπῶν. Exempla maſculinorum grauitonorũ ſunt ὁ τύπτων, τετυφὼς, τύψας, ποιήσας, τυπὼν, τύψων, τυπῶν. Circũflexorum ὁ ποιῶν, βοῶν, χρυσῶν. At verborum in μι participiorum paradigmata ſunt τιθεὶς, ἱςὰς, διδοὺς, ζευγνύς. Animaduertes in quibuſdam participiis maſculinis, fœmininis, & neutris accentus ponere ob oculos ingenioſiſſimi cuiuſque quantitatem extremæ videlicet ſyllabę. Siquidem ποιήσας, βοήσας, χρυσώσας cùm penultimas acuant, accentu ipſo ſatis indicant vltimam eſſe longam. Contrà verò in ποιῆσαν, βοῆσαν, χρυσῶσαν circumflexus in penultima, vltimam breuem eſſe indicat. Adhæc in τύπτουσα, τύψουσα, ποιοῦσα, ποιήσουσα, βοῶσα, βοήσουσα, τύψασα, βοήσασα cùm voces ſint linguæ communis, acutus in antepenultima vltimam breuem eſſe demonſtrat.

PARTICIPIVM FOEMININVM
producit penultimam.

Participium quoduis fœmininum actiuum longam habet penultimam, vt τύπτουσα, τετυφῦια, τύψουσα, τιθεῖσα, διδοῦσα. Adde his τύψασα, ἱςᾶσα, ζευγνῦσα cum ſimilibus quæ fiunt à maſculinis vltimam longam habentibus addendo τὸ α. Huc accedent & participia fœminina duorum Aoriſtorum vocis paſſiuæ, vt τυφθεῖσα, τυπεῖσα, ποιηθεῖσα, βοηθεῖσα & ſimilia.

DE VARIATIONE QVANTITATIS, *& de incremento in declinationibus nominum & participiorum.*

Quanta eſt vocalis anceps α, ι, υ, in extrema ſyllaba nominatiui ſingularis, tanta ferè ſemper manet in obliquis (quod incrementum Latini vocant) nominum & participiorum ſyllabis imparium nimirum quintæ inflexionis, vt πὰν παντὸς παντὶ πάντα, vbique producto α. Et δορκὰς, δορκάδος, δορκάδι, δορκάδα correpto α, in ſingulis caſibus.

DE DVPLICIBVS Ζ, Ξ, Ψ, QVANTAM ANTE *ſe habeant ancipitem,*

Duplices literæ ſunt tres, ζ, ξ, ψ, quæ quotieſcunque dictionem claudunt præcedente continuò ancipiti, quanquam eam ancipitem poſitione longam habent, & ſi naturam ſpectes breuem, in caſibus nec dubiè obliquis breuem ancipitem retinent. Et quia nulla in præſentia ſuccurrunt exempla nominum verè Græcorum in ζ deſinentium nec vſpiam fortaſſe leguntur, Idcirco fuerit ſatis hoc loco protuliſſe παραδείγματα deſinentium in ξ & ψ, cuiuſmodi ſunt αὖλαξ αὔλακος, σκύλαξ σκύλακος, κίλιξ κίλικος, κάλυξ κάλυκος, ἄραψ ἄραβος, χάλυψ χάλυβος, κατῆλιψ κατήλιφος. Excipe diſyllaba in αξ maſculina quæ penultimam longam habent. Nam ea & in recto & in obliquis α naturâ producunt, vt θώραξ θώρακος, φαίαξ φαίακος, vt paulò antè demonſtrauimus. Adde his ῥάξ, γὺψ, γρὺψ, ῥίψ, ἴψ, Quæ ancipitem in rectis poſitione, in obliquis verò naturâ producunt. At cum in λαῖλαψ, acutus in penultima naturâ longâ, poſteriorem naturâ quoque longam indicet, in obliquis tamen eadem corripitur, vt λαίλαπος, λαίλαπι.

ΙΞ, ΥΞ.

In ιξ & υξ deſinentia quæ recti penultimam habent, τὸ ι, καὶ τὸ υ, in extrema ſyllaba recti naturâ breue habent quanquam poſitione longum. At verò in obliquis naturâ extendunt, vt φοῖνιξ φοίνικος, τέττιξ τέττιγος, κόκκυξ κόκκυγος, κῆϋξ κήϋκος. Excipe fœminina in ιξ deſinentia & alia in λιξ, & compoſita in υξ, quæ in obliquis, vt in recto naturâ breuem ancipitem conſeruant, vt ἧλιξ ἥλικος, κύλιξ κύλικος, σύζυξ σύζυγος. Animaduertas quæſo poëtas aliis atque aliis in locis, incrementorum (vt ſic cum Latinis loquamur) ſyllabis abuti. Homerus enim Iliad. α, producit τὸ υ, in dictione κήρυκες, vbi ſic habet:

> Χαίρετε κήρυκες Διὸς ἄγγελοι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν·
> Ἆσσον ἴτ᾽ οὔ τι μοι ὔμμες ἐπαίτιοι, ἀλλ᾽ Ἀγαμέμνων·
> Præcones Iouis atque aliorum hominúmque Deúmque,
> Saluete, huc propius, noxæ mihi nullius eſtis
> Autores, ſed culpandus mihi eſt Agamemnon.

Alibi verò corripit ſic, κήρυκι ἠπυτίδῃ, id eſt præconi reſono & clamoſo, &c.

Idem Homerus β. Iliados βρυ longum facit in Βεβρύκων βασιλῆος, id eſt Bebrycum regis, &c.

At in alio verſu breue his verbis fecit:

> οὐδ᾽ ἄρα Βέβρυκες ἄνδρες ἀκήδεσαν βασιλῆες· id eſt,
> Bebryces aſt ipſi regem nec temnere tentant.

IN

IN θος.

In θος genitiuus ancipitem penultimam longam habet, & in aliis obliquis, vt ἀγλῦθος, κώμυθος, ὄρνιθος, μέρμυθος. Excipe κόρυθος, quia vt in recto ita in obliquis υ breue habet. πᾶσα γενικὴ διὰ τῦ θος κλινομένη, μακρὰν ἔχει τὴν παραλήγουσαν· ὄρνις ὄρνιθος, μέρμις μέρμιθος, κώμυς κώμυθος. πλὴν τῦ κόρυς κόρυθος. τῦτο γὰρ τὸν χρόνον τῦ εὐθείας ἐφύλαξεν ἐν τῇ γενικῇ. Vide Etymologicum.

IN υς.

In υς deſinentia nomina, ſiue longum, ſiue breue τὸ υ in recto habeant, illud quidem certè in obliquis corripiunt, vt μῦς, μυὸς, δρῦς, δρυὸς, ὀφρὺς ὀφρύος, ἰχθὺς, πηλαμὺς πηλαμύδος. τὸ δρῦς, ἐπὶ μὲν εὐθείας, μακρὸν ἔχει τὸ υ. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων κλίσεως, βραχὺ. ὁμοίως καὶ τὸ ἰχθῦς. ἔτι σῦς συός. ὗς ὑός. Etymologicus autor. Excipe dicatalicta, id eſt, quæ in duas deſinunt terminationes. Ea namque longum τὸ υ, vbique retinent, vt ὁ φόρκυς vel φόρκυν τῦ φόρκυνος vel φόρκυ. Vnde Homerus Odyſſ. α. φόρκυνος θυγάτηρ· id eſt, Filia Phorcynis. Heſiodus,

> Κητὼ ἐπλότατον φόρκυ φιλότητι μιγεῖσα· id eſt,
> Mixta cupidinibus Phorci infeſtiſſima Ceto.

Quod ſi declinetur τῦ φόρκυος, τὸ υ, ex aliorum analogia poterit corripi, Haud ſecus videlicet atque in βότρυς βότρυος, & id genus.

IN ις,

In ις finita fœminina diſyllaba vltimam acuentia, quæ δ indicem in obliquis caſibus habent & recti productam penultimam, ea ſi neque diminutiua neque propria ſint, cum τὸ ι in recto correptum habeant, in obliquis illud non raro producunt, vt κληῒς κληῗδος, βαλβὶς βαλβῖδος. Aliqui grammatici colligunt ex accentu, κνημὶς κνημῖδος excipi à regula ſuperiore, quod vt verum ſit in ſimplici, certè in compoſito falſiſſimum. Nam Homerus Iliad. α, ſic habet:

> Ατρεΐδαί τε καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί. id eſt,
> Atridæ atque alius quicunque armatus Achiuus.

Notabis autem triſyllaba in quibus τὸ ι, breue retinetur quantacunque ſit penultima recti, vt ςρατηγὶς, ςρατηγίδος αὐλητρὶς, αὐλητρίδος. At verò animaduertes ea polyſyllaba quæ vnà & penultimam & antepenultimam breues habent, ipſum ι in obliquis producere. Id quod apertè ſatis accentus indicat, vt πλοκαμὶς πλοκαμῖδος, βατραχὶς βατραχῖδος.

IN PRIMIS, ID EST OMNIBVS *antepenultimis & penultimis ſyllabarum quantitas immobilis, vltimarum mobilis efficitur.*

Primarum hoc eſt omnium antepenultimarum, itémque penultimarum quantitas manet eadem ſiue immota: vltimarum contra mobilis efficitur. Earum itaque quantitas rimanda eſt atque exploranda per peculiares, quas ſpeciales regulas vocant, quippe quæ proponuntur de quantitate ancipitum in vnaquaque Gnomonica figura, idque habita ratione ſitus & collocationis ſingularum ipſarum ancipitum. Vt in nomine πυραμὶς πυ longa eſt, ρα & μις verò breues. Quanta ſit enim ſyllaba πυ docuimus in Gnomone primatum ſyllabarum, videlicet quantum ſit υ ante ρ, at in alio

Gnomone quantum ſit α in mediis ante μ. Poſtremò quanta ſit ις ſyllaba in clauſula ſeu in fine dictionis. Indicauimus præterea illic ας, vltimam vtpote accuſatiui πυραμίδας breuem eſſe. Verum enimuero vltimæ quæ in rectis erant,in obliquis nominum ſyllabis imparium,hoc eſt quintæ inflexionis penultimæ fiunt, proinde vt mobiles & variæ ſeorſum in hoc capite à me tractabuntur & explicabuntur. Verbi gratia in πυραμίδος, πυραμίδι, πυραμίδα· Syllaba μι vulgò Latinorum diceretur habere incrementum, quanquam δος, δι,δα, ſyllabæ ſunt creſcenres ſuprà vltimam recti ſyllabam. Contingir enim non parum ſępe vt quę in recto erat vltima ſyllaba, ea non ſit tanta in obliquis quanta erat in recto, quæ qnidem vatietas hoc capite diſtinguetur. Memineris autem breuem nonnunquam ancipitem ob vicinas breues, aut ambientes lougas extendi. Id quod ſubinde in obliquis nominum accidere ſolet vt apud Muſæum,

> σηστὸς ἔην καὶ ἄβυδος ἐναντίον ἐγγύθι πόντε·
> γείτονές εἰσι πόληες,ἔρως δ', &c. id eſt,
> Oppoſitæ ſtabant prope pontum Seſtus, Abydo
> Vicinæ inter ſe non longis tractibus vrbes.

Et idem Muſæus alio in loco ſic habet.

> σηστιάδος πρὸ πόληος ὑπὲρ βαθυκύμονας ὄχθας· id eſt,
> Littore multiuago prope claræ mœnia Seſti.

In quibus verſibus τὸ ι, alioqui breue in πόληες & πόληος extenditur. In quibuſdam tamen exemplaribus legitur per ε, πόλεες & πόλεος lingua, vt volunt, ionica. Homerus Odyſſ. β.

> Αἰθίκεσσι πέλασσε· id eſt,
> AEthicibúſque propinquat.

Vbi in ſyllaba θι τὸ ι producitur alioqui breue. Dionyſ. de ſitu orbis.

> Αὐτοί τε θρήϊκες ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες· id eſt,
> Immenſam Thraces terræ partem ipſi habitantes. Idem alibi,
> Μυσοί τε βορειότεροι θρηΐκων. id eſt.
> Et Myſi qui quàm Thraces boream propius ſtant.

In vtroque verſu τὸ ι, producitur in obliquis, cùm aliis in locis idem autor non ſemel corripiat, & in eadem dictione & in θρηΐκιος. Sic in epigrámate

> θρήϊκας αἰνείτω τις· id eſt,
> Et quis thracas laudibus euehat, &c.

Non diſſimili ratione in genitiuis κρομμύων, πεδίων, μελαινθίν, & ſimilibus propter longas ambiẽtes Nicander penultimas extendit. Id quod idenridem quoque faciundum in penultimis participiorum ionicorum: Si quidem id α quod in μεμαὼς μεμαῶτος eſt breue: apud Homerum producitur in voce μεμαότες ſcripta per ο μικρόν. Extenſio verò illa fit ratione breuium ambientium. Tametſi grammatici volunt regulam eſſe generaliſſimam, vt participia ionica quæ à præteritis ionicis in α purum deſinentibus ortum ducunt, penultimas corripiant haud ſecus atque ſua præterita, vt à μέμαα, μεμαὼς, à δέδια δεδιὼς, ab ἔστηκα ἑστηκώς. Proinde colligemus penultimam participiorum eiuſdem ferè quantitatis eſſe cuius & penultima eorum temporum à quibus deſcendunt. Participia ſyllabis imparia non contracta ſimplices ſuas vocales ſola poſitione cùm flectuntur extendunt, Et quia circumflexus accentus ſupra longam naturâ duntaxat ſedem habet, proinde vocales eiuſmodi circumflecti non poſſunt in obliquis participiorum, datiuis pluralibus exceptis, de quibus ſuo loco, exempla regulę antecedentis ſunt ἱστάντος ἱστάντι, ζευγνύντος ζευγνύντι, Notabis τύψαντος τύψαντι, τύψαντος τύψαντι cum ſimilibus, quorum antepenultimæ ſolus acutus inſidere poteſt, quæ ſyllaba eadem breuis naturâ

tutà eſt, qualis & in τυφθέντος, τετυφότος, τετυπότος. Cæterùm occaſio ambientium naturâ breuem ancipitem neceſſitate poteſt extendere, vt aliàs docemus paſſim in hoc toto opere.

PAR OBLIQVVS, IMPAR SI EFFICIATVR *penultimam extendit.*

Quando par ſyllabis obliquus, impar dialecto, hoc eſt, variante lingua efficitur, penultimam extendit, vt ἀγχίσης ἀγχίσυ, vnde ἀγχίσαο AEolicè ac Bœoticè longa penultima. Sic ἀίδης ἀίδυ, vnde ἀίδαο. Itidem τῶν μουσῶν καὶ μουσάων, τῦ λόγυ καὶ λόγοιο, τοῖν λόγοιν καὶ λόγοιϊν, τοῖς λόγοις καὶ λόγοισι, τοῖς αἰνείαισι καὶ αἰνείῃσι, ταῖς μούσαισι καὶ μούσῃσι. Quanquam autem πηληϊάδεω & ſimilia penultimam corripiunt, συνιζήσει tamen id eſt coaleſcentia extenduntur. Homerus Iliad. α.

> μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος· id eſt,
> Dic dea pelidæ furias bellacis Achillis.

In voce πηληϊάδεω, ε atque ω per συνίζησιν coaleſcunt in longam. Paulò pòſt tamen in verſu χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, breues manent. Idem quoque contingit in obliquis imparibus, hoc eſt, imparium declinationum. Nam in τεράατος & κεράατος prius α extenditur, in τέρατα verò ac κέρατα breue.

IN ιϛ NOMINA PER EPENTHESIN *τὸ ν, interſerunt.*

Poëtæ in nominibus in ις deſinentibus ſi duæ breues ſyllabæ continuè præcedant, τὸ η per epentheſin interiicere ſolent, vt τὸ ι quemadmodum in recto, breue quoque maneat in obliquis, vt ποταμηΐς ποταμηΐδος, πηγασηΐς πηγασηΐδος.

DE Ω ΜΕΓΑ QVANTVM IN OBLIQVIS *quintæ, hoc eſt an longum maneat, an breue fiat necne.*

In ων maſculina grauitona à nomine deducta, longum ω in obliquis retinent, vt θίων θίωνος. Verbalia verò & ea quæ communis ſunt generis, ω μέγα in ο μικρὸν vertunt, vt φιλήμων φιλήμονος, σώφρων σώφρονος. τὰ εἰς ων ὀξύτονα τῇ αι διφθόγγῳ παραληγόμενα, εἰ μὲν ὦσιν ἐθνικά, τρέπουσι τὸ ω εἰς ο ἐπὶ τῆς γενικῆς, οἷον παιὼν παιόνος. παιόνας ἄνδρας ἄγων. μαιὼν μαιόνος. εἰ δὲ μὴ ὦσιν ἐθνικὰ, φυλάττει τὸ ω. οἷον βαιὼν βαιῶνος. εἶδος ἰχθύος. Vide Etymologicum autorem in dictione μαιονία. Nota κύων. δύο κανόνες εἰσὶν οἱ μαχόμενοι ἀλλήλοις, ὁ μὲν εἷς λέγει, ὅτι τὰ εἰς ων βαρύτονα καθαρὰ διχρόνῳ παραληγόμενα συνεσταλμένῳ, φυλάττει τὸ ω ἐπὶ τῆς γενικῆς, ἀμφιτρύων ἀμφιτρύωνος. ὁ δὲ ἕτερος λέγει, τὰ δὲ κοινὰ τῷ γένει διὰ τῦ ο κλίνεται. ἀπαιτοῦντος ὖν τῦ μὲν, τὸ ω, τῦ δὲ, τὸ ο, συνεκόπη τὸ ἀμφίβολον καὶ ἐγένετο κυνός. ἡ μέντοι κλητικὴ εὕρηται διὰ τῦ ο μικρῦ, ὡς ἀπὸ τῆς τῦ κύνος γενικῆς. ἐξ αὖ νῦν ἔφυγες ζάταχον κύον. Vide κύων in Etymologico.

PERIECTICA IN ΩΝ.

Periectica & tanquam periectica (vox autem illa ſi interpreteris ſonat comprehenſiua & contentiua) longum ω retinent in obliquis, vt ἐλεῶνος, ἀγκῶνος, πολυστρεὼν πολυστρεῶνος. itidem contracta, vt ποσειδῶνος, ξενοφῶντος. & grauitona fœminea, μήκων μήκωνος. Et ciuitatum nomina acutitona, vt σιδὼν σιδῶνος. Excipe ἀντηδόνος & ἐλαιαγόνος.

Adhæc longum ω in obliquis retinent quæ characteriſticam recti habent vnam ex nouem mutis diuiſis in tenues, medias & aſpiratas, hac formula.

π	κ	τ	vt σίλπων ωνος, λάκων ωνος, πλάτων ωνος. Excipe πέπων πέπονος.
β	γ	δ	vt τρίβων ωνος, σράγων ωνος, κώδων ωνος. Excipe στηδών & μακεδών, & in vniuerſum verbalia, gentilia & genere communia.
φ	χ	θ	vt τρίφων ωνος, γλύχων ωνος, κρίθων θωνος.

Porro in obliquis ω μέγα retinent quæ characteriſticam habent puram immutabilem liquidámve.

λ	vt ἄλων ωνος, σόλων ωνος, ἀπόλλων ἀπόλλωνος.
μ	vt ἄμμων ωνος. Excipe σήμων, τέλμων, σρήμων.
ν	vt ζήνων ζήνωνος.
ρ	vt τρήρων τρήρωνος.

Excipe à regula proximè antecedente comparatiua, verbalia, & genere communia, quia ω μέγα in ο μικρὸν inter declinandum conuertere ſolent, & ſic obliqui caſus quantitate recto ſuo impares ſunt.

In σων longum ω μέγα retinent, vt καύσων καύσωνος, βρύσων βρύσωνος. Excipe ἰάσων ἰάσονος, & αἴσων αἴσονος quæ verbalia ſunt.

Adhæc ω μέγα retinent quæ in puram deſinunt terminationem, nimirum quæ aut α aut ι characteriſticam in recto habent, vt αἰγαίων αἰγαίωνος, ἀνδρετίων ἀνδρετίωνος, πυγμαλίων πυγμαλίωνος, ἴων ἴωνος. Excipe ἰξίων ἰξίονος, ἀμφίων ἀμφίονος, ὑπεδίων ὑπεδίονος, πανδίων πανδίονος.

Generatim autem nomina in ω purum deſinentia, ω in obliquis retinent, vt ἀπεκτεὼν ἀπεκτεῶνος, quod nomen eſt veluti periecticum. Siquidem quæcunque ſunt tanquam periectica longum ω retinent vbique, ſicuti & monoſyllaba cuiuſmodi eſt πρὼν πρωνός.

Fœminina acutitona ω μέγα in ο μικρὸν mutant, vt τρυγὼν τρυγόνος.

Grauitona in ων purum deſinentia quæ habent τὸ α in penultima corripiuntur, ω magno in ο paruum verſo, vt ποσειδάων ποσειδάονος, μαχάων μαχάονος, ἱλικάων ἱλικάονος, ἱκετάων ἱκετάονος.

Et in vniuerſum omnia in ω purum deſinentia, ſi ancipitem in penultima longam habeant, corripiuntur in obliquis verſo ω magno in ο paruum, vt ἰξίων ἰξίονος, & id genus reliqua omnia. Adde πολυκτίων πολυκτίονος, tametſi breuem habet penultimam. Hanc regulam quoque ſequuntur comparatiua in ων omnia, vt κρείττων κρείττονος, βελτίων βελτίονος.

Sed quæ deſinunt in ων purum, penultima in recto breui, longum ω retinent in obliquis, vt εὐρυτίων εὐρυτίωνος.

In ων acutitona quæ τὸ υ in penultima recti habent pro indice, in obliquis corripiuntur: vt ἀμφικτυὼν ἀμφικτυόνος, ἀλεκτρυὼν ἀλεκτρυόνος. Penacuta vero non item, vt ἀμφιτρύων ἀμφιτρύωνος, ἠλεκτρύων ἠλεκτρύωνος.

Præterea quæ τὸ υ in penultima habent tam acuta quàm penacuta, longum ω in obliquis retinent, vt σαρπηδὼν σαρπηδῶνος, παιήων παιήωνος.

Gentilia nomina, ω μέγα retinent in obliquis, vt θεύτων θεύτωνος. Excipe καύκων καύκονος, μάλων μάλονος, λάκων λάκωνος. Et quæ duas conſonantes diuer-

ſas

ſas habent, indices recti, vt λυκόφρων λυκόφρονος, ὀνοσίχθων ὀνοσίχθονος.

In ωρ penacuta quæ vel λ, vel μ, pro indicibus habent, τὸ ω μέγα in obliquis retinent, vt ἕλωρ ἕλωρος, τέκμωρ τέκμωρος. At quæ neque λ, neque μ, habent ante ω pro characteriſticis, ea ω μέγα in ο μικρὸν conuertere in obliquis ſolent, vt νέστωρ νέστορος, ἀπάτωρ ἀπάτορος, ἀμήτωρ ἀμήτορος.

In ως tam purè quàm per τ declinata, ω μέγα in obliquis retinent, vt ἥρως ἥρωος, ἱδρὼς ἱδρῶτος.

In ωψ retinent ω μέγα in obliquis, vt ὤψ ὠπὸς, μέρωψ μέρωπος.

DATIVI PLVRALIS
penultima quanta.

Datiui pluralis tanta eſt penultima, quanta eſt & penultima ſingularis ſui datiui aut etiam maior, minor certè nunquam. Nam ſi datiui ſingularis penultima ſit breuis, eadem breuis & in plurali datiuo erit, vt ὄφεϊ ὄφεσι, βότρυϊ βότρυσι. Quòd ſi quouis modo ſingularis datiui penultima ſit longa, producetur quoque datiui pluralis penultima ſiue diphthongo, ſiue ancipitis extenſione, ſiue poſitione, vt παντὶ, πᾶσι· ἅπαντι, ἅπασι· τύπτοντι, τύπτουσι· τιθέντι, τιθεῖσι. Datiuus enim pluralis quintæ declinationis fit à datiuo ſingulari poſito σ. ante ι. vt ὄφεϊ ὄφεσι. Quòd ſi à ſingulari datiuo habente δ.θ.ν.τ. characteriſticas eiuſdem ſingularis datiui penultimam poſitione producentes, abiectis (vt abiici debent) literis δ.θ.ν.τ. penultima fiat breuis, diphthongus in datiui pluralis penultima conflabitur aſcito ι. ad ε. vt τιθέντι τιθεῖσι, χαρίεντι χαρίεισι. Aut aſcito υ. ad ο. vt θεράποντι θεράπουσι, τύπτοντι τύπτουσι. Aliàs vocalis anceps in datiui pluralis penultima extenditur, vt ἅπαντι ἅπασι. ἱστάντι ἱστᾶσι. quòd poſitione longa eſſet ſingularis datiui penultima. Nota præterea datiuos plurales formatos à nominatiuis ſingularibus in ξ, ψ, atque diphthongum deſinentibus, quippe qui fiunt per aſſumptionem literæ ι, vt à κόραξ, κόραξι, ab ἄραψ, ἄραψι, ab ὀδυσσεὺς, ὀδυσσεῦσι, βασιλεὺς, βασιλεῦσι· talium enim datiuorum pluralium penultimæ quantitas non reſpicit quantitatem penultimæ datiui ſingularis, cùm ab eo non formetur. At vbi per metaplaſmum transformantur datiui plurales, vt cùm pro ἄστροις & ἐγκάτοις datiuis tertiæ inflexionis dicimus ἄστρασι, ἔγκασι in quinta: tum enim α metaplaſmi correptum eſt. Quia verò per epentheſin in quibuſdam inſeritur τὸ α, cacophoniæ vitandæ gratia, id quod eſt interiectum α corripitur, vt aperte ſatis accentus indicat in ἀνδράσι, πατράσι, μητράσι, θυγατράσι & ſimilibus. Et hactenus de incremento (vt ſic cum vulgo Latinorum loquamur) in obliquis caſibus nominum apud Græcos: reliquum iam vt pergamus ad verba.

DE INCREMENTO ET
variatione quantitatis penultimæ verborum.

Incrementum in verbis apud Latinos ſupputatur ab ea ſyllaba quæ adæquat ſecundam perſonam ſingularem præſentis indicatiui modi vocis actiuæ. At cum apud Græcos penultima verborum in aliis atque aliis temporibus varia ſit, ea thematis penultima, incremento, facilioris doctrinæ gratia, coniungenda videtur. Verbi gratia: Huius thematis μολύνω penultima quanta ſit repetendum ex Gnomone, in quo agitur de quantitate τοῦ υ in penultimis.

mis. Aliorum verò temporum penultimæ quantitas, nimirum futuri μολυνῶ, & primi Aoriſti ἐμόλυνα quo pacto ſe habeat in omnibus modis & ſuis participiis, ex hoc capite repetere licet hoc pacto.

Α, Ι, Υ, TANTAE IN PENVLTIMA IMPERFECTI, *quantæ in penultima ſui thematis erant.*

Anceps vocalis α, ι, υ, tanta manet in penultima præteriti imperfecti, quanta erat in penultima ſui thematis ſiue præſentis indicatiui: vt quia κρίνω producit penultimam, vt docui in ſuo Gnomone, ſic ἔκρινον eandem extendet. Quia in temporibus alicundè formatis anceps tanta ſolet eſſe, quanta fuit in illis à quibus formantur. Verbi gratia: quintæ coniugationis futuri κρινῶ penultima breuis eſt, vt in κέκρικα, κέκριμαι. ídque genus aliis ab eodem futuro formatis. E` contrario verò in Aoriſto primo ἔκρινα, κρῖνον, κρίναιμι, κρίνω, κρῖναι, κρίνας, τὸ ι ſemper producitur, quanquam à futuro deſcendit habente penultimam breuem. At hunc nodum poſteà ſuo loco reſoluemus.

Accidit non rarò vt penultima futuri grauitoni ſit æqualis quantitatis cum penultima præſentis nonnunquam maioris, minoris proculdubio nunquam. Dixi penultimam futuri grauitoni, ne futura circumflexa intelligerentur, quorum penultima breuis perpetuo eſt in verbis quintæ coniugationis, vt non ita multo pòſt dicetur. Exempla regulæ antecedentis ſunt, τύπτω τύψω, πλέω πλέσω, ποιέω ποιήσω, &c. Futurorum omnium quintæ coniugationis penultima perpetuo breuis eſt quantacunque ſit præſentis penultima, vt ψάλλω ψαλῶ, αἴρω ἀρῶ, κρίνω κρινῶ, μολύνω μολυνῶ, σπείρω σπερῶ, τέμνω τεμῶ.

IN ΙΩ, ET ΥΩ.

In ιω, & υω deſinentium grauitonorum verborum penultima thematis varia eſt, vt κυλίω, μηνίω, λύω. At futuri eorundem verborum penultima ſæpius longa eſt, vt κυλίσω μηνίσω, λύσω. Eorundem igitur verborum notanda eſt penultima mediç, id eſt variæ atque indifferentis quantitatis, vt apparet ex Gnomone, quæ in aliis quoque temporibus ſubinde variat: verbi gratia, λύω, θύω, ἀνύω & alia quæ in Gnomone recenſentur, indifferentem habent penultimam thematis. At in futuris λύσω, θύσω, ἀνύσω, τὸ υ producitur. In præteritis tamen actiuis & paſſiuis breuis eſt, λέλυκα, τέθυκα· λέλυμαι, τέθυμαι, vt in verbalibus λύμα, θύμα indifferens. Notabis in tranſitu λῦτο producere penultimam cum ſui ſimilibus, ídque in præterito imperfecto quod παρατατικὸν Græci vocant. E` contrario vero in Aoriſto ſecundo λύτο, υ penultima corripitur. At difficultates has & ſalebras complanauit propria Gnomonis tabula, quę inſcribitur de quantitate τοῦ υ, in penultimis ante vocales & conſonantes.

PENVLTIMA FVTVRI VERBORVM *in άω, quanta.*

Futura verborum in άω & ράω deſinentium penultimam producunt, quòd eorundem thema quoque produceret, vt docuimus in Gnomone, vt ἰάω ἰάσω, φυράω φυράσω, πεοάω πεοάσω & ionicè πεοήσω.

Futurum thematis habentis in penultima longam ancipitem poſitione, ζ vel ττ, vel σσ. detracta poſitione ancipitem ferè corripit, vt ἁρπάζω, ἁρπάσω· νομίζω, νομίσω· κλύζω, κλύσω· πλάσσω, vel atticè πλάττω, πλάσω.

FVTV-

FVTVRVM FVNDAMENTVM VT EST FORMAmationis, ita & quantitatis quorundam temporum.

Futurum vt eſt fundamentum formationis qnorundam temporum, ſic & fundamentum erit qnantitatis penultimæ temporum eorundem. Cùm enim παρακείμενος id eſt, præteritum adiacens à primo formetur futuro, quantitatem penultimæ futuri eiuſdem ferè ſeruat, cum alijs temporibus quæ deinceps à præterito deducuntur, cuinſmodi eſt pluſquamperfectum actiuum, cum perfecto & pluſquamperfecto, atque adeò Aoriſto primo vocis paſſiuæ, verbi gratia κρίνω penultimam habet longam, at eiuſdem futurum κρινῶ breuem: quam breuem habent & tempora quæ à fnturo deducuntur, vt κέκρικα ἐκεκρίκειν, κέκριμαι ἐκεκρίμην, ἐκρίθην, & in alijs modis perinde, vt κριθῶ, κριθῆναι· κεκρίκω, κεκρικέναι.

PENVLTIMA PRIMI AORISTI
Quintæ coniugationis quanta,

Aoriſtus primus verbi qnintæ coniugationis penultimam perpetuò producit. At in verbis aliarum coniugationum quanquam freqnentius ſuum futurum ſequitur primi aoriſti penultima, variam tamen eam habet non raro, id eſt indifferentem: verbi cauſa, in ω purum & in ζω deſinentia verba, quamlibet ancipitem producunt in penultima primi aoriſti, vt κύω, ἔκυσα· ἀνοχμάζω ἀνοχμάσας participium, ſic ἀκοντίσας ab ἀκοντίζω. & ἐκέπνιξα à κεπνίζω. Eodẽ modo ἐκτάσατο & ἐρύσαμην cum ſimilibus legũtur plerumque producta antepenultima. Sunt quædã & apud Homerũ quæ pro varietate ſignificationis variam habent penultimæ quantitatem, vt πάσασθαι ἀντὶ τοῦ κτήσασθαι, id eſt pro eo quod eſt acquirere, poſſidere, primam producit. Qnòd ſi πάσασθαι ſignificet γεύσασθαι id eſt, guſtare, corripit eandem antepenultimã: in alijs atque adeò in alijs verbis quantitatem penultimæ primi aoriſti alijs atque alijs rationibus excuſabis. Quædam enim deſcendunt à thematibus indifferentem penultimam habentibus. Alia verò à futuris nõ ſequentibus quantitatem penultimæ ſuorum thematum. Alia poſitione duplicis σ extendunt penultimam, vt ἐγέλασσα ἐτέλεσσα. Adde alia id genus qnæ ſunt innnmera.

SECVNDI AORISTI PENVLTIMA QVANTA.

Aoriſti ſecundi triſyllabi aut etiam polyſyllabi à themate grauitono deſcendentis penultima breuis eſt, vt ἔλαβον, ἔλιπον, ἔτυπον. Quod ſi diſyllabus fuerit, cùm plerumque augmentum temporale perpetuò longum cadat in eiuſdem aoriſti ſecundi penultimam, eam nec dubiè corripiet minimè, vt ἄγω, ἦγον. Producetur & poſitione duarum aut aliquando trium conſonantium, ſaltem ſi liquida ſeu immutabilis præcedat mutam & non è contrario, vt ἥμαρτον, ἔδαρκον, ἔπαρθον, ὤλισθον. Quòd ſi in habentibus liquidam cum muta fiat metatheſis, id eſt tranſpoſitio: ad naturam reuerſus aoriſtus ſecundus corripit penultimam, vt ἔδρακον, ἔπραθον, ἤμβροτον pro ἥμαρτον, & ſic de ſimilibus quæ paſſim obuia fiunt & apud Homerum & apud alios poëtas.

PRETERITI PENVLTIMA QVANTA.

παρακειμένου, id eſt, adiacentis præteriti penultima quãta ſit vide in regula quę non ita multo ante præceſſit, cuius initium eſt: futurum vt eſt fundamen. Nam ſi futuri communis retineat ancipitem in penultima, retinet, quoque

ancipitis eiuſdem quantitatẽ, vt κρωω̃ κέκρυκα, θωω̃ τέθυκα, & ſic de ſimilibus.

IN ΥΠΤΩ.

In ύπτω deſinentia thematis penultimam ſuapte naturâ breuem habent, quam tamen ἐν τῷ παρακειμένῳ id eſt, præterito adiacente producunt, vt τύπτω τέτυφα, κύπτω κέκυφα. Talis enim eſt grammaticorum præceptio, vt quæcunque in πτω deſinant ancipitem ante πτω corripiant, vt τύπτω, κύπτω, βλάπτω, excipe ῥίπτω ac πίπτω. τὰ γὰρ εἰς πτω λήγοντα ῥήματα διχρόνῳ παραληγόμενα, συστέλλει αὐτό· βάπτω· σκάπτω· τύπτω· ἴπτω· λίπτω· σεσημείωται τὸ πίπτω φύσει μακρᾷ παραληγόμενον. ἀλλὰ καὶ ῥίπτω. ἀπὸ δὲ τοῦ πέτω, γίνεται πίπτω. τὸ γὰρ ι. ἐν πλεονασμῷ συμφώνου γινόμενον τρέπεται εἰς ι. ὥσπερ δὲ ἀπὸ τοῦ ὄπτω αἰολικῶς ὄσπω. οὕτω καὶ πίπτω πίσπω. Sic docet autor etymologicus in verbo πίπτω.

Præteritum in κα deſinens quotieſcunque κ, more ionico abiecerit, penultimam corripit, vt μέμηκα μέμαα, βέβηκα βέβαα, ἕστηκα ἕσταα, πέφυκα πέφυα, δέδοικα δέδια, & alia id genus.

Præteritum atticè reduplicatum, quippe quod fit apud atticos repetitis ſupra communis linguæ augmentum duabus primis literis thematis ſi excreſcat quadriſyllabum penultimam vel potius tertiam à prima, corripit ſyllabam, vt ἀλείφω ἀλήλιφα, ὀρύττω ὀρώρυχα, ἐλεύθω ἐλήλυθα & ſimilia, ni ſyllaba eiuſmodi ſit longa poſitione, vt ἐγείρω, ἐγήγερκα, aut niſi ad differentiam alterius vitandæ ambiguitatis orationis gratia, longa retineatur, vt ἐρείδω, ἐρήρεικα, ἐρήρειδα, vt differat ab ἐρήριγκα thematis ἐρίζω.

DE PENVLTIMA AORISTORVM

Imperatiui modi in θι deſinentium,
& infinitiui in ναι.

Aoriſti imperatiuorum in θι deſinentes, vt πῖθι (ſic enim præcipiunt grammatici quidam) & aoriſti infiniti modi in ναι producunt penultimam. Exempla aoriſtorum infinitorum erunt κρῖναι, λεᾶναι, φᾶναι, θεῖναι, στῆναι, δῦναι quæ regula certiſſima eſt in aoriſtis infiniti modi. At in imperatiuis vocibus ſatius fuerit ſi dixeris πῖθι cum ſimilibus præſentis eſſe temporis, & formari à præſenti grauitono πίω addita θι ſyllaba, vnde πίεθι deinde per craſim πῖθι, vt alij præcipiunt, quo modo formantur à δύω, κλύω barytonis, δῦθι, κλῦθι. Alij porrò aiunt, ſed minus appoſitè, metaplaſmum eſſe. Nullam enim video in talibus ſpeciem metaplaſmi: quia ſi nulla fuerint affecta cõtractione, penultimam corripiunt, præſentis cum ſint temporis, vt quod res eſt fateamur, & non aoriſti, vt τέθναθι, τέτλαθι, κέκλυθι, δείδιθι, ὄρνυθι, ἴθι quæ à quibuſdam præterita perfecta eſſe minus rectè cenſentur. Adde aoriſta in θι, imperatiui videlicet ἴθι, θέτι, δόει quia penultimas corripiunt.

PENVLTIMA PRAESENTIS

infinitiui modi verborum
in μι, quanta.

Infinitiui modo præſens à verbis in μι deſinentibus, in ναι fertur, & corripit penultimam, ſiquidem ante ναι retinet characteriſticam thematis barytoni alioqui breuem, vt τιθέναι ἱστάναι, διδόναι, ζευγνύναι.

A CRESCENS IN VERBIS QVANTA.

A vocalis anceps creſcens in verbis, vt cum Latinis loquamur, naturâ corripitur,

127

corripitur, hoc eſt, manet eiuſdem quantitatis cuius erat ante ipſum incrementum, vt τέτυφα, τετύφαμεν· ἔτυψα, ἐτύψαμεν· ἐτυψάμην, τυψάτω, ni poſitione producatur, vt in τύψασθαι ac ſimilibus.

A QVANDO LONGVM IN CREmentis verborum.

Notandum imprimis alicubi α incrementum naturâ longum eſſe, vt in tertiis perſonis pluralibus verborum quę feruntur in ασι, cuiuſmodi eſt τετύφασι, τετύπασι. Idq́ue per regulam generaliſſimam proximè ſequentem.

PERSONA VERBI IN ΣΙ DESINENS, quantam habet penultimam.

Omnis perſona verbi deſinens in σι (inquit Herodianus) penultimam producit, vt τύπτουσι, τετύφασι, τίθησι, ἵησι, δίδωσι, ζεύγνυσι. ſic in plurali τιθέασι, ἱστᾶσι, διδόασι, ζευγνύασι.

ΤΟ` Α IONICE' PER EPENTHESIN inſertum, quantum.

A ionicè adiectum, hoc eſt per epentheſin ionicam inſertum tertiis perſonis pluralibus τοῦ παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ, id eſt præteriti adiacentis & pluſquamperfecti verborum paſſiuorum corripitur, haud ſecus atque in optatiuo, vt cum à τέτυπται fit tertia pluralis ionica, conuerſa priore tenui muta, vbi eſt mutarum tenuium congeminatio in ſuam aſpiratam, dein breui α inſerto ionicè τετύφαται. Sic δεδείαται, ἐτετύφατο. & in optatiuis, vt τυπτοίατο· & ſic de aliis innumeris apud poëtas occurrentibus.

A INSERTVM PERSONIS VERborum, quantum.

Perſonæ verborum in α deſinentes quotieſcunque alterum α contiguum habent nimirum in penultima, eiuſdem quantitatis erit cum ſyllaba proximè antecedente, vt in μαίμαα, μεμοίταα producitur α penultima, quia μαι atque μοι ſyllabæ contiguæ antecedentes longæ ſunt. E contrario verò in βόαα, μέμαα, μηχανάαται & ſimilibus, prius α corripitur quia quæ proximè antecedit ſyllaba corripitur, his adiice ionica illa ἐπιόωσι pro ἴωσι, quia pręcedens erat breuis. Sic σάω pro σῶζε, & ſimilia in quibus α corripitur. Notabis autem in talibus vocalium interpoſitionibus vocalem interiectam non rarò quoque reſpicere quantitatem ſubſequentis vocalis, vt carmen liquidius fluat, & liberius. Conſule poëtas & adhibito iudicio, his vtere intercalationibus, de quibus nos aliquando plura dicemus, ſi Deus voluerit.

VERBORVM IN ΜΙ QVANTITAS PENVLTIMAE.

Verborũ in μι penultima vocalis thematis actiui longa eſt, quę manet eadẽ in omnibus aliis perſonis ſingularibus tam præſentis quàm imperfecti & aoriſti ſecũdi, vt τίθημι, τίθης, τίθησι· ἵστημι, ἵστης, ἵστησι· δίδωμι, δίδως, δίδωσι· ζεύγνυμι, ζεύγνυς, ζεύγνυσι. παρατατικὸς ἐτίθην, ἐτίθης, ἐτίθη· ἵστην, ἵστης, ἵστη· ἐδίδων, ἐδίδως, ἐδίδω. ἐζεύγνυν, ἐζεύγνυς, ἐζεύγνυ. Sic ἀόρ. β. ἔθην, ἔστην, ἔδων. Et ἔδων, ἔδως, ἔδω, ἀπὸ τοῦ δῶμι.

At in duali & plurali eorundem temporum penultima corripitur, repetita propria breui vocali nimirum characteriſtica thematis grauitoni ſexti ordinis coniugandi, à quo tanquam ab exundanti ac perenni fonte deriuantur, hoc eſt veluti riuuli fluunt omnia verba in μι vt & contracta, vt τίθετον, τίθεμεν à θέω· ἵστατον, ἵσταμεν à στάω· δίδοτον, δίδομεν à δόω, & ſic de alijs id genus. Notandus eſt ſecundus aoriſtus, quippe qui retinet longam vocalem in omnibus numeris, & omnibus fermè modis, vt ἔστην, στῆς, στῆ, ἔστητον, στήτην, ἔστημεν, στῆτε, ἔστησαν. Vnde imperatiuus στῆθι, &c. Infinitiuus στῆναι. Sic ἔγνων, ἔγνως, ἔγνω, ἔγνωτον, ἔγνωμεν. Imperatiuus γνῶθι, infinitiuus γνῶναι. Dixi paulò antè in omnibus fermè modis, propter optatiuum & ſubiunctiuum in quibus qua ratione formetur & moueatur ſecundus aoriſtus, repetendum tibi eſt, ſi neſcis, ex noſtris tabulis in eam rem comparatis. At duorum verborum aoriſta ſecunda ſuperiore à regula ſunt excipienda, nimirum verbi τίθημι ac δίδωμι. Siquidem ἔθην & ἔδων in duali & plurali vocalem corripiunt, repetito indice ſui thematis barytoni quod eſt θέω, δόω. vnde ἔθετον, ἐθέτην, ἔθεμεν, ἔθετε, ἔθεσαν· ἔδοτον, ἐδότην, ἔδομεν, ἔδοτε, ἔδοσαν. Vnde imperatiuus eorundem θέτι καὶ θὲς, δόθι καὶ δὸς, per vocalem breuem characteriſticam thematis grauitoni.

PENVLTIMA INFINITIVI PRAESENTIS
verborum in μι, quanta.

Quod autem dictum eſt de perſonis dualibus & pluralibus præſentis & præteriti imperfecti verborum in μι, vocis actiuæ, intelligendum quoque eſt de infinitiuo eorundem deſinente quidem perpetuò in ναι: ea quidem lege vt characteriſtica coniugationis grauiſſonæ ſit antiſtes ſyllabæ ναι, vt τιθέναι, ἱστάναι, διδόναι, ζευγνύναι. Sic à φημὶ φάναι. Siquidem φᾶναι, id eſt apparuiſſe à φαίνω cùm primi ſit aoriſti penultimam producit, vt accentus quoque apertè ſatis indicat.

ΤΟ` Υ LONGVM IN AORISTO Β,
verborum in μι.

Longum eſt τὸ υ, perpetuò in aoriſto ſecundo verborum in μι diſyllaborum, in quibus tres perſonæ ſingulares ſunt eædem cum perſonis ſingularibus imperfecti, ſi ſpectes tum quantitatem tum orthographiam, At vt imperfectum in duali & plurali correpta vocali ſequatur legem imperfecti aliarum quoque coniugationum verborum in μι deſinentium: ſecundus certè aoriſtus τὸ υ longum retinet, vnde ἐδύτην penultima longa, Iliados ζ & κ. & ἔδυτε, Odyſſ. ω, extenſa δυ legitur, vt paſſim alibi apud Hom.

PENVLTIMA PRAETERITI
verborum in μι.

Præteritum actiuum verborum in μι, producit penultimam in omnibus perſonis & numeris, vt δέδωκα, δεδώκατον, δεδώκαμεν. Sic τέθεικα pro τέθηκα, ἕστακα tamen ſcribitur pro ἕστηκα quod dicendum erat à στήσω. Idque factum eſſe dicemus vel proprietate linguæ Doricæ, vel vt contendunt grammatici vt differret ab ἕστηκα præterito medio verbi ἱστήκω.

PENVLTIMA TEMPORVM
paſſiuorum quanta.

Præſens, imperfectum, perfectum præteritum, pluſquamperfectum, primus aoriſtus verbi paſſiui in μι deſinẽtis: itidem & medius aoriſtus in tribus primis coniugationibus verborum in μι deſinentium corripit ferè penultimam

mam, ita vt ſyllaba eadem breuis maneat in reliquis vocibus ab iiſdem deductis, vt δίδωμαι, ἐδιδόμην, δίδομαι, ἐδιδόμην, ἐδόθην, ἐδόμην, δοθείην, δοθῶμαι. Sic ἵσταμαι, ἱστάμην, ἵσταμαι, ἱστάμην, ἐστάθην, σταθείην, σταθῶμαι. & ſic in aliis deinceps ſequentibus eorum perſonis & deriuatis. Quòd ſi qua eorum licentia poëtica producantur, excuſanda erunt, & notanda potius quàm (niſi raro admodum) imitanda. Legitur enim apud Callimachum, ἐστάθη δ' ἄφθογγος. id eſt. Murus conſtitit. In quo verſu στα propter ambientes longas neceſſariò extenditur. Et apud Sophoclem. ἡμῖν μὲν εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλίμεθα. id eſt. Nobis quidem ſi tempore non recumbimus. & apud Theocr.

τίνος ὦ 'γαθὲ τόσσον ἔρασαι· id eſt,
O bone, dic cuius tanto capiaris amore.

Hactenus docuimus paſſim in hoc opere toto tum generatim tum ſpeciatim, quas vocant generales & ſtatas regulas in carmine Græco vbique obſeruandas. Et ſi nos non latet Græcos poëtas futuros minus religioſos, præſertim Dialectorum indulgentia eos imprimis alliciente, nolim tamen eos ita lege ſolutos vt quiduis pro libidine audeant, id quod vulgus ignarum aliquando mea tempeſtate putauit. Ne putes ergo in quantitatibus ſyllabarum apud Græcos, antiquitate (quam tu mecum venerari, ſuſpicere atque admirari debes) contempta, omnia tibi licere, adductus, vt ferè fit, aut vno, aut altero licentiæ poëticæ vel falſo fortaſſis exemplo. Cautius ergo tibi agendum eſt, dicáſque licet ſi quicquam præter regularum generalium aliàs certiſſimarum præſcriptum acciderit, id fieri τῇ ἀνωμαλίᾳ καὶ παῤῥησίᾳ nec paſſim nec cuiuis ſtatim concedenda. Verbi gratia in φίλος, φιλέω, ἀπόλλων, ἀνέψιος, ἄρης, ἀνὴρ, & id genus aliis, quę notauimus inter indifferentia, quoniam eorum primæ ſyllabæ crebrius correptæ leguntur, ſi quando certè occurrant productæ, dicendum illicò fieri præter regulam, quippe carminis vel neceſſitate, vel ipſius poëtæ libertate, quæ tamen ratione non careat. Nam ſuo quidque loco docuimus poëtas Græcos abuti natiua quantitate quarundam ſyllabarum, ſic vt occaſione præcedentium & ſequentium, tum longarum, tum breuium ſyllabarum, variam vſurpent ſyllabę vnius eiuſdémque quantitatem. At de his hactenus. Cùm autem κολοφῶνα ἐπιτιθέναι, ac ſummum huic operi ad vmbilicos fermè producto, vellem addere faſtigium. Ecce ſubito mihi occurrunt iuuenes linguarum peregrinarum ac politiorum literarum ſtudioſiſſimi, Lodoicus Carbonarius & Guillielmus Curtinus, illius Guillielmi noſtri maximi Budæi pronepos, qui πλύμενος τῷ βαπτίσματι nomen quoque proprium illius retulit) & alij quidam familiares. Imaginibus inſignes illi quidem omnes ac πάροικοι ἡμῶν, amantes noſtri, quorum in Græcis iuxta atque Hebraicis literis domi inſtituendorum cura mihi cùm à parentibus eſſet delegata, rogant ὁμοθυμαδὸν, & quotidiano efflagitant conuicio vt nonnihil de quantitate quoque dictionum Hebraicarum loqui detrectem minimè, quorum voluntati vt ſatis hac in parte fiat, eorum quippe ſuaſu non fuerit alienum à præſenti negocio nihil non dicere de quantitate dictionum Hebraicarum, Syrarum & Chaldaicarum, quarum quantitas, cùm careat numeris illis quibus gaudent poëtę tum Græci tum Latini, ſi quando tamen voces eiuſmodi vſurpentur à Græcis ac Latinis, earum nec dubiè quantitas ſepiuſcule incerta, vaga, varia & indifferens eſſe oſtenditur ex verſibus Gregorij Nazanzeni de genealogia Chriſti.

ἐκ τοῦ δ' ἀρφαξὰδ, καϊνὰν, σαλὰ τοῦ δ' ἐνέπουσι. & paulò antè:
σὴθ πέλε τοῦ δ' ἄρ' ἐνὼς, τοῦ τέτρατος ἦν καϊνάν.

In priore verſu mediam dictionis καϊνὰν corripuit Nazanzenus, in poſteriore verò produxit Idem autor in eodem opere in dictione φαλλὲκ κα,

 & pro-

& producit & corripit ſic:

τίον ἔβερ, ἔβερος δὲ φαλὲκ παῖς, ἐκ δ' ἄρα φαλέκ.

Nonnus corripit priorem in ἀδὶμ, Gregorius contrà non raro eandem producit. Adde Nonnum τὸ α in ἀμὼν, & τὸ ι in ἰησοῦ triſyllabo indifferenter vſurpare. At in talibus quàm probanda ſit conſtantia non dico. Itaque dictionum Hebraicarum quantitas cùm incerta ſit, ab ea conſultò abſtinemus, eius ſtudioſos remittentes ad Nonnum, Damaſcenum, Gregorium & alios id genus poëtas ſacrarum literarum ſcriptores. At in Aegyptiis, punicis, perſicis & aliis id genus potiſſimum propriis nominibus, melius fore puto ſi ſequaris ductum & proportionem quantitatis Græcorum, pręſertim vbi non ſuccurret exemplar quod poſſis imitari. De Latinis vocibus nihil eſt opus hoc loco quicquam præcipere cùm Latinorum quantitatem inſtituerimus, ſuo Gnomone diſcentium oculis ita apertè ſubiicere, vt in luce meridiana ſibi verſari videantur. At his omiſſis finem vt faciamus, variat quantitas ſyllabarum in καταλήξει, id eſt, in terminatione quam ad verbum deſinentiam vertere poſſis. In cæſura, In contractione, Syncopa, συζεύξει, ἤτοι συνιζήσει, quam coaleſcentiam Latinè vertas. In liqueſcentia, poſitione, ac monoſyllabis. Variatio enim quantitatis ſyllabarum his fermè locis tam apud Latinos Græcorum æmulos ex æquo propemodum contingere videtur. Quanquam Latini putant, & meritò, Græcos in his eſſe audaciores ac liberius in talibus verſari. Has autem variationes non tam ob inuerſa ſyllabarum tempora natiua, contingere putandum eſt, quàm ob vel additiones literarum, vel detractiones, tranſpoſitiones, immutationes, & dictiones peculiares, aut etiam à proprietate linguarum acceptas: &, vt ſemel finiam, ob ſimiles dictionum inuerſiones. Animaduertes autem id quod nuſquam poëtæ Latini audent, apud Ariſtophanem, Euripidem, in hymnis & choris: Aeſchylum, Sophoclem, Pindarum, nimirum apud Comicos, Tragicos, Lyricos diſſectas frequentiſſimè dictiones, ita vt eadem dictio in duas partes ſecta, altera, quippe priore, ſui parte verſum claudat, poſteriore verò, ſequentis verſus ſit initium. Memineris autem coniungere accentum cum quantitate, quantitatem porrò cum accentu. Quantitatem enim docet non parum ſæpe accentus, ſicuti accentum quantitas diſtinguit. Proinde cum videam eam eſſe vim ἐγκυκλοπαιδείας, vt omnium bonarum artium in orbem redeuntium ſocietatem cognationémque complectatur, cúmque mutuis ſtare auxiliis perſpiciam accentum & quantitatem, ita vt ignota quantitate, in accentu collocando, ſæpiſſimè ſit tibi turpiter hærendum, & abſente accentu quanta ſit aliqua ſyllaba ineptè dubitandum. Quanquam hoc opus de quantitate ſyllabarum in dictionibus Græcis ſigillatim à me conſcriptum eſt: in Enchiridio tamen accentuum non grauor cum accentu coniungere quantitatem, ſed eatenus duntaxat quatenus eius cognitio accentui collocando eſſe neceſſaria videatur, ne ſi quantitatem ignoret ſcriptor, ſæpe accentum alterum pro altero fœdiſſimè pingens γέλωτα ὀφλισκάνων ἄν.

FINIS.

RENATI GVILLONII carmen.

θυμὸς αἰδοῖος ἐκεῖνος, νοῦς τε σεβάσμιος ἀνδρῶν
πρασσόντων βασιλεῖ ἡδέα πάντα ἑῷ.
οἱ δὲ ἀνασχόντες τὰ ἐλεύθερ᾽ ἐς ἄστρα πρόσωπα
τῶν νοῦς ἐμπνείει θεῖ᾽ ἀμέγαρτα θεῶν.
θεραπεύων κρατερὰς παλλὰς ἃς ἔκτισεν ἄκρας
καὶ μεθ᾽ ἑαυτοῦ τῆς παλλάδος ὅπλα φέρει
οὗτος ὑπερβάλλει βασιλεῖς, γῆν, ἄξιός ἐστι
οὗ λαμπρὸν ὄνομα μέχρι πρὸς ἄστρα πτάοι.

IDEM LATINE.

Regius eſt animus mens eſt auguſta virorum
Qui Regi faciunt omnia grata ſuo.
Qui vero ingenuos vultus ad ſidera tollunt
Horum mens ſpirat numina magna deûm
Qui colit inuictas Pallas quas condidit arces
Et ſecum Diuæ Palladis arma gerit
Is ſuperat Reges, ſuperat terreſtria. Dignus
Preclarum cuius nomen ad aſtra volet.